



SUSSANEI
PREMATA









Perona obsessa p. 78. cité dans la Bibl. hist. de Fr. Tom. 4. p. 477. n.° 34175. on y dit que Sussaneau, qui n'avoit alors que 24 ans, le fit aussitôt la levée du Siege de Péronne, en 1536.

Cat. Colbert n.° 17639 - v. 3.# 16.s en 1728.

– D'estrées n. 10167. v. 7.# 15.s

– falconet n.os 10373 - 10937 - 10938, 11272.

Huberti Sussanei

LEGVM ET MEDI=
cinæ Doctoris Ludorum
libri nunc recèns con=
diti atq; æditi.

PARISIIS

Apud Simonem Colinæum.

1 5 3 8.

Ludorũ Suſſanęi
LIBER PRIMVS.

Ad Ioannem Morinum Proprætorē Pariſien.

Quā te conſpicio, quā te præſente fruiſcor,
Aduenit votis hora petita meis.
Quis non hoc cupiat? quis non tibi dicere laudes?
Quem feriat thyrſo vel leuiore deus?
Miraris doctos, ego te: miramur vterq;
Quod decet: at gemina me ratione moues.
Doctus amas doctos, nec amas modò, munera donas:
Vtraq; mirandi maxima cauſa tui.
Ille prophanauit ſacrum, qui carminis vmbræ
Confiſus, te non ſat reuerenter adit:
Sed mens prona, bonis & deſeruire parata,
Hæc offerre tibi qualiacunque iubet.

Ad Philipp. Coſſæum Conſtantiæ Epiſco.

Si vena verſus canerem Coſſæe benigna,
Salmoneus quales facit,
Omnibus ex Gallis iſtud venerabile pectus
Honore proſequerer ſtyli.
Ille dijs mixtus, non cedit vatibus vllis

Vlla figura carminum.
Carmina nostra sono vocis decorantur inani,
Stupore defixus, Pater
Illum audit Phœbus cantantem, nec minus audis,
Et mente hylarula prospicis.
Hîc quid Aristarchi crucianda poemata lima
Facient, Episcopûm decus?
Præditus agresti morũ squalore decoram
Manum inquinabit nænijs?
Id si sumpserimus, nobis hærebit iniqua
Rationis aspernatio.
Refractariolum non quærit lumina carmen,
Lucem vt diurnam noctua.
Cur igitur scribis, dices, alióque moraris
Iamiam vocatum? non queo
Me quocunqȝ modo non gratum ostendere, nanqȝ
Ita constitutum cœlitus
Est mecum, ingratus ne de me quenque merentem
Vnum silentio obrui
Sustineam. tibi Mœcenas hanc optime debes
Opinionem affigere.
Sic te erga afficior, felix hac luce futurus,
Qua προσκύνωσιν fecero.
O studijs facerent cœlestia Numina si me
Clarere liberalibus,
Conferrem vires, pigrerer scribere nunquam
Ad gratiæ speciem omnia
Quæ valeant, vt quòd nulla tibi parte referre

Possum, tibi agerem gratias.
Posteritatem implere tuis magnisque nouisq;
Præconijs vellem libens.
Interea, quia non crescit dignatio verbis
Dignatio tua exilibus,
Mecœnas animi venerabor vbique fauore:
Vnum quod est mea in manu.

Ad Christianissimũ Regem Franciscum de morte Delphini.

Ortus humi, quem non capiebat marmor, ad astra
Euolat, ánne deum te genuisse doles?
Addebant Physici cœlo Delphina, quòd illuc
Venturos scirent, Rex, aliquando tuos.

Delphinus loquitur.

Parerent hodie (si vis non læua fuisset
Illata) imperio terra fretúmq; patris.

De obitu Magdalenæ Valesiæ Scotorum Reginæ.

Artibus ingenuis Princeps exculta, parentis
Regis spes, eadem Regis & vxor, obit.
Te fata indigno rapuerunt funere Delphin,
Mox tua non digno est funere rapta soror.
Est tua rapta soror, Francisci filia Regis,
Et Regis coniux est tua rapta soror.

Cui similem nunquam maiorum secla tulerunt,
Nulláq; sunt mundo secla datura parem.
Dotibus ingenij cessisses Attica Pallas,
Cessisset veneri corporis, alma Venus.
Talis erat forma, qualis splendore coloris,
Ostro candidulum cùm violatur ebur.
Haud secùs, atq; soror niueo rubicundula vultu
Alba rubent mixtis lilia multa rosis.
Post mortem quales demessi pollice flores:
Queis neq; fulgor adhuc, nec sua forma perit.
Hanc tamen indigno rapuerunt fata sororem
Funere, túq; pari funere raptus obis.

Epitaphium Erasmi.

Roterodame tuo morientem tempore, nobis
Ante diem, raptum quilibet ordo gemit.
Diuina in terris per nubem ex parte videbas:
Omnia nunc clarè, nunc sine nube vides.

Ad Robertum Gasteum Collegij Coqueretici Primarium.

Exemplum Roberte tuis venerabile morum,
An tenuis laudi par mea Musa tuæ?
Non certè: sed eò neruos intendere gratus
Laudabor. Nullo gratus honore vacat.
Ingratus nil non mali alit, nulláq; virorum
Doctorum merita non fodicatur acu.
Ergo testatum referam, quo doctus amore

Prosequeris Phœbi Pieridúmque genus.
Fers oculos doctos,impendis te & tua doctis,
Est'que tibi niuei solus honoris amor.
Cui tua non animi talis prouisio, mille
Carminibus causam materiámque daret?
Sed quia Musa tuis par non est laudibus,istum
Vsque animum stabili gratus amabo fide.

In Zoilos.

Me cruda studia in publicum propellere,
Nec bene latina iactitabunt zoili,
Vmbræ laruarum territantes paruulos,
Vt à camœnis dulcibus me absterreant,
Secretioribus insusurrando angulis.
Respondeo illis,me nihil scripsisse, quod
Autoritatis tibicine non fulciam.

Ad Io. Boyssoneum.

Inclyta sublimem te vexit ad ardua virtus,
Ardua scandenti quæ simul ipsa fuit.
Quid fuit eximium , quod idem non esset acerbum
Principio? hâc paucos vexit ad astra Deus.
Impositum ceu palma gerit non succuba pondus,
Sic pressit te sors,opprimere illa nequit.
Sumet in exemplum , quem sors aduersa fatigat,
Quique viri fortis munus obire volet.
Et nunc sede sedes celsa, speciosus honore,
Et splendore tuo sancta Tolosa micat.

Inclyta sublimem te vexit ad ardua virtus,
Et simili reliquos admonet ire via.

Ad Nico. Glotelium.

Ad te carmina Nicolae scribam
Rogas, optime Nicolae scribi
Ad te sic cupis inficetiarum
Papyrum cumulo scaturientem:
Quæ turbæ placeat tamen gregali,
Vt cum multa latet lacuna in auro.
Iam quis carmina missitare vellet
Poetæ lepido venustulóq;?
Cui versus dare tam foret necesse,
Ni fontes sitiunt, quàm aquas in æquor
Vastum mittere, saltibúsque ligna.

Ad Christo. Landrinum Aurelianum.

Tempestate quati vidit te Gallia, vidit
Et maxima ægritudine.
Fractio nulla animi, visa est demissio nulla,
Quin fungereris munere
Fortis & eximie docti, ad mala nec rudis, vsu
Similiter edocti: & tuis
Quin peteres rebus solatia dulcia Musas,
Aliquid reponens de tuis
Temporibus: quod nos læti veneremur, & olim
Beata posteritas legat.

Posteritas bene grata leget tua scripta, vetustatem
Ex omnibus ferentia.
Aspice quid meritis Deus optimus adferat, omnes
Ramos miseriarum amputat,
Insinuat Gallo regi, regisq; ministris
Indiuiduo amore colligat.
Nominis ad te omnes nitido fulgore trahuntur:
Das illius fructum vberem.
Eminet effigies virtutis & omnia vincit,
Illa quoq; te erigit Polo.

Ad Anto. Tempestiuum.

Doctarum assiduè venerantem sacra dearum
Tempestiue, stultum vocas:
Quin potius summas operosius excole leges,
Inquis, reflecte aciem ingenij.
Immensas cumulabis opes, & honoribus auctum
Lætabitur mater tua.
Quod dicis, verum fateor, sed percipe paucis
Cur non geram morem tibi.
Ad successores famam frons docta propagat,
Exornat omni gloria.
Quod mirare, breuis senio delebitur æui.
Musæ suos mori vetant.

Membra dijs sacra.

Frons genio, pectus Neptuno, cingula Marti
Sacrantur, celeri Mercurióq; pedes,

Brachia Iunoniq; iugæ, reneśq; Dione.
Eſtq; tibi digitus caſta Minerua, ſacer.

Emblema.

Vt mulier diſcas intra tua tecta manere,
Teſtudo Veneris preſſa iacet pedibus.

Aenigma.

Id ſum, quod non ſum, faueo ſimul et ſimul odi.
Hoc ſolue, & Phœbo tu mihi maior eris.

Ad Carolum Stephanum medicum.

Quis non det applauſum tibi
Surgenti ad altam gloriam?
Quis demereri te ſuo
Labore nolit, omnium
Fert quotquot orbis optimum?
A moribus quis Carole
Non laudet & ſcientia?
Vt adminiſtrum muneris
Lauti, decentis & pij.
Qua mentione proſequar
Hunc, qui perutilem omnibus
Profitetur artem Apollinis
Celebritate maxima,
Compendiarijs notis,
In corrigendo Hippocrate,
Qui perperam in multis ſcholis

Docetur, intentiſſimum?
Morbo impeditos alleuas
Curationis munere.
Fortuna quicquid obtulit,
Natura quicquid & labor,
Tot temperatus artibus,
Confers in vſus publicos.
Laudare te cùm omnes decet,
Tum maximè Suſsanneum
Ingentia ob beneficia.
Cum ſit tamen vix primulis
Inauguratus literis,
Miſcere mel Poëticum
Tibi, quî vir excellens, queat,
Tempus terenti molliter,
In literis & otio,
In Palladis blando ſinu,
Quem antiquitas fautrix canet
Dignum perenni gloria?

Ad Melchiorem Monpeziū.

Copia ſi meſſis tenera ſpectatur in herba,
In gemma apparet copia ſiqua meri,
Si matura dies puerilibus emicat annis
Melchior, in primis indole nate bona,
Ibit in immenſum tua gloria. mollis at audax
Augurij donas ſigna ſecunda, Puer.
Seu tractare velis operoſi prælia Martis,

More patrum, in pura ſine nitêre toga.

Ad Anto. à Rupefoliata.

Antoni, foliata dicte rupes,
Natura horrida, dura, & aſpra rupes,
Nullis albicat arborum capillis,
Idq; extrinſecus, intus eſt referta
Auro quandoq; copijſq; magnis.
Sic rupes foliata nominaris,
Quòd extrinſecus imperitus eſſe
Ætate hac tenera vidêre, mores
Sed intrinſecus aureos recondis.

Calamitatẽ & leuitatẽ hominũ, in ſua perſona deſcribit.

Proh quibus implicitum fatis ſors aſpera vexat,
Nullúmq; dat finem malis?
Nunc amo, nunc odi: nunc pectore ſaucius angor,
Perfundor & nunc gaudio.
Excludit Lucina foras, tunc ætheris huius
Suppœnitet, blandè vocat,
Blanditijs retrahor medijs à faucibus Orci,
Faucibus hiantis Cerberi.
Lubrico erat nuper nobis ſplendore genarum
Conſpicua, nunc deformior
Therſite eſt. cupio nunc ſorbillantia lætus
Suauia, eadem mox diſplicent.
Nunc placet antiquos repeti, nunc quærere amores

Nouos iuuat. vbi ſentio
Nummorum ſtudio Lucinam mille volutari
Adulteris, tum mens perit,
Pectoréq; in noſtro res altius illa cohæret,
Memoria poſtea excidit.
Baſiolo recreor, ſola eſt mea pulchra puella,
Fidem tueri deſtino.
Ad cor deinde meum redij, mecúmq; locutus
Sum: Sanguinem exorbet tuum.
Nullius compos virtutis, reſpice, quanto
Conſiſtis in periculo.
Igniferæ corpus te Suſsannæe Chimeræ
Triforme vinclis illigat.
Huic morbo tu ſerò voles adhibere medelam:
Cum pronus in baculum, pedes
Firmabis, cum laſſa trahes veſtigia, & omnis
Receſſerit vis corporis.
Rem laceras (miſerum) fæcis triuialis amator,
Et ruderarij cribri,
Inductus fallaci aſtu. miſer, ò miſer inquam,
Totius orbis fabula,
Reſpice te, dum te alloquor, ecce rotatilis ætas,
Se comparat celeri fugæ.
Accelerant rugæ, ſenijq; obſonia, languor
Multabit infortunio.
Talia verba ſerens, Venerem deteſtor auaram,
Meliúſq; mens eſt viuere.
Paulò poſt Lucina redit, taliſq; renidet,

Qualis rosarum illix color:
Ecce Puer rursus lunato vulnerat arcu,
Hanc diligo meum vt spiritum.
Et nunc insano placet indulgêre labori,
Nunc collocari in otium.
Incutior tristi frigentia membra pauore,
Si quando Martium sonat
Buccina rauca, hylaris posthæc clangore tubarum,
Animum recolligo masculum.
Exigua spe pēdemus, Lunam nihil infra
Manebit immutabile.

Ad quendam medicum.

Causa corporis optime tuendi,
Nobis est medicina comparata:
Cuius vtilitas inæstimanda
Atq; inuentio consecratur altis
Sedis sydereę, dijsq; magnis.
Quisnam vos modo Barbaros vocaret,
Qui tractatis opes Apollinares
Et mysteria cœlitus refusa?
virtuti, veluti recantat Echo,
Arti gloria præstituta vestrę.
Iniustum tibi suspicor dolorem,
Heri præteriens quod ipse quendam
vero nomine barbarum vocaui,
Attactum quoq; te fuisse credis.
At non est ita, vel dehiscat ima

Nunc tellus mihi. Barbarum vocabam
Quendam pallidulum, salaciorem
Molli passere, fœminaq; mure.

Complexio Aeneidos Virg.

Nauigat, errat, amat, casus tibi Dido recenset,
Ludit, it ad manes Tros, ouat: hostis obit.

Ad inexorabilem puellam.

Aes triplex circa graue pectus heret:
Quem ferox vnq̃ tibi supplicantum
Audies? cum me minus audiisti
Sanguine flentem.
Forma naturam exhibet intuendam,
Fertur vt vulgo, tua forma mendax
Implicat magno cupidum dolore, &
Aspera rides.

Ad eandem.

Qui rogitat te Lydda, sonos effundit inanes:
Nam surda blandas respuis aure preces,
Nec blandimentis vnq̃ corrumperis vllis.
Simia serò quidem, sed capietur anus.

In Rubellum.

Plus satis scio, quæ domi Rubelle,
Patrasti, sale defricanda nigro,
Et lolliginis allinenda succo,
Sed nolo niueam inquinare chartam.

In meretricem ſcabie Hiſpanica deformatam.

Quæ mulcere deos poteras affamine blando,
Adhuc virenti ætate putidum ſonas.
Et fuerant, voluit queis figere baſia diuûm
Rex, labra Ambroſio rore purpurantia,
Figere queis voluit ſyncera & baſia pura,
Infernus iſta nunc labra oblinit color.
Quæ vel ſaxa tibi ſociaſti nuper amore,
Forma venuſta & morſicantibus oculis,
Nunc lucem odiſti in turpem conuerſa figuram,
Viuum cadauer pruriens ex vnguibus.

Ad Groinum.

Cum cœnare voles Groine, mecum,
Iſta lege tibi parabo cœnam:
Si quid ipſe voles comeſſe, mittes.
Tuis ſumptibus accipi recuſas?
Sic tantos ego ſuſtinere ſumptus.
Nam quæ pontificum dapes Groine,
Fauces exaturent araneantes.

Ad Rubellum.

Cum Catone graui atq; Scipione
Non ſatis tibi conuenit Rubelle,
Quirinalia ſi ſapis, requires.
Illic reperies tuos ſodales,
Non vnum ſiquidem, alterúmue, verúm

Supra millia millies trecentos.

Farrago ad rectorem Taurinorũ, quòd prælectionẽ ſua præſentia decorauiſſet.

Debueram tibi præſenti perſoluere grates,
Heri impudenter cum tenerem te obſtrepens.
Mos vetus hoc, adeóq; iubet ciuilis honeſtas,
Humanitas ſimul tua:
Me quòd honoraris præſens, animũ indicans benignũ,
Benè & comatæ Galliæ volentem.
Parte tamen quadam venio excuſandus, omiſi
Gratias tibi debitas, quia horror
Extimeſcenti impediјt labella.
Hoc perturbatæ te conuenit imputare menti,
Certè decori neſciæ venuſti.
Multorum taceo fœda ſilentia,
Et Demoſthenis Attici,
Quem formido tacere
Compulit omnino. veniam dabis optime Rector,
Me fecit grates præteriјſſe timor.

Ad eundem.

Obſtrinxit atro ſe ſcelere impia,
Ingrata, ſegnis lingua, ſed id vitiј
Victura præſtabit Thalia,
Te in merita poſitura laude.

Ad eundem.

Me respondendi quòd sis dignatus honore,
Exulto, & videor signa ferire Poli.
Non secus his indignus eram Saschine, camœnis,
Quàm si cum Bauio carmine Cæsar agat:
Vnde redit maior bonitas tua, gloria nobis.
Venit ab eximio laus magis ampla viro.

Ad reuerendiss. Augustæ Prætoriæ episcopum.

Presulis Augustæ teretes obtundimus aures,
Eximium nugis & remoramur opus.
Non iniussa tamen canimus, veritiq; negare,
Ista verecundo non satis ore damus.
Te decuere graui gradientia limite Præsul
Carmina, molliculo limite nostra fluunt.
Vrbana satur agresti Pympleide gaudes,
Omnibus vt satiâs rebus inesse solet.
Nec mirum vrbano si carmen agreste poetæ
Mitto, quasi in fontes eliciatur aqua.
Possidet immensum Regnator maximus orbem:
Illius est quicquid terra fretúmq; gerit,
Quicquid habent Manes, & quicquid lucidus æther,
Attamen ille virûm dona, precésq; capit.
Larga manus summi tibi contulit omnia Regis,
Et tibi quisq; hominum quod dare possit, habes:
Nostra sed accipies Augusti dignus honore
Cæsaris, aut si quid dignius esse potest.
Augeat aucturo reliquos sua munera Christus

O Augustani lux, via, forma gregis.

Nihil esse perpetuum, ad Michaelem nepotem.

Verū est quod cecinit quondam Rhodopeius Orpheus,
Humanum æterna sede manere nihil.
Ad cuius numeros rapidæ stetit impetus vndæ,
Sunt oblita fugam flumina vasta sequi.
Dum mora fluminibus, Geta defecisse putatur
Hebrus, Bystoniam qui propè tingit humum.
Aduexere suas illuc nemora alta volucres,
Ad cantus residens sylua vetusta ruit.
Deficiens cecidit perceptis cantibus Orphei,
Quæ liquidum pennis aëra pulsat auis.
Ad vatem properant Nymphæ, montésq; relinquunt:
Accedunt magnis cum latebrisq; feræ.
Marmorici, pecus impauidum, sedere leones.
Desijt hostiles dama timere lupos.

Ad Honoratum Draconem poetam, ad quem carmen miserat.

Elicui putres in odora fluenta lacunas,
Aspersi solium per tua dona Ceres.
Obtudit eximium male garrulus anser olorem,
Sunt quoq; candidulæ nubila mixta niui.
Non oculo vatis dignum, non aure superba
Carmen erat, nugæ si modo carmen erat.
Tunc vbi Iustitiæ præconia grandia legi,

Diſplicuiq; mihi, me puduitq; mei.
Nos tamen exemplum ſolatur amabile regis:
Pocula qui manibus pauperis hauſta bibit.

Exhortatio ad lectionem ſacram.

Intentam monitis cæleſtibus inijce mentem,
Solicitum faciat nobile Legis opus:
Quod nobis ad ſpem fœlicia ſigna tenendam
Suſtulit, eximiam conſtituitq; fidem.
Noſtra ſalus agitur, patriſq; potentia Chriſtus
Iuſtorum apparet lux, via, vita, caput.
Erigit afflictos, fidos confirmat, ad vnum
Te confer Chriſtum: fide, petita dabit.
Omnia nanq; potens operatur in omnibus, hæres
Eſt patris, eſſe tuum ducito, quicquid habet.
Hoc Chriſti ſenſus, hoc mentem codice cernes.
Perbreuis ad cælos hæc via ſola feret.

Ad Iuuencium.

Auri Gargara ſunt tibi Iuuenci,
Eſt domi Iouis inclyti Corinthus,
Argiuo clypeo vidêre dignus,
Præceptor, putò, crederis Deorum,
Sed noli nimium tibi placere:
Deſultoria flare cum videtur,
Reflat Nortia, ne ruas, caueto.

Lamentatio Acolaſti.

Hactenus infelix ſenſus deperditus omneis,
Profuſus triui tempora vana nepos.
Viuorum ex numero me me Regnator Olympi
Exturba. grauis eſt viuere, pœna mihi.
Si vel egeſtatem conſolaretur honeſtas,
Aut oſtenſa boni ſpes mihi ſiqua foret,
Non eſſem nitidum Solem, lucémq; peroſus,
Non ferrem vitæ tædia longa meæ.
Aſſeſſor ſcorti cenſum viréſq; profudi,
Et coniuncta malo tetra cupido fuit.
Perfidus à miſero quantum leno abſtulit? huius
Ære meo (indignum) plena crumena ſonat.
Hic furtis factus pauper, ſubitáq; ruina
Ille domus. alijs illa vel illa nocent:
Quorum pauperiem ſua conſolatur honeſtas,
In damni culpam ſors inimica venit.
Hos inopes faciunt incendia, parcite faſſo,
Pauperies Veneris venit ab igne mea.
Væ tibi ſcortillum, caſto cur clauſa pudori,
Cur nullis mœchis eſt tua clauſa domus?
Nos ignominia turpi maculiſq; notamur,
Et per te nullas arca flagellat opes.

De Indo.

Ambit pullatus dicentem circulus Indum,
Doctoriſq; probat byſſina verba ſui.
Hinc ſtulto criſtæ grandes, & cornua ſurgunt,
Hinc ſeſe tumidus iactat vt Aſtidamas.

Inde, ſape, & ſapiens quid dicat Horatius audi,
Non eſt à ſtolida plebe petendus honor.

Ad quendam gymnaſiarcham pro relaxatione impetranda.

Incudem multis Primas reuerende, diebus
Contudimus, requiem brachia feſſa petunt.
Hoc vt cuncta ſoles, debes expendere. fallor,
Expendis, tacito diſſimuláſq; animo.
Sponte dares, ſed te noſtro gaudere rogatu
Scimus, & ipſa magis dona petita placent.

Ludorũ Suſſanęi
LIBER SECVNDVS.

Ad Ioannem Morinum proprætorem Pariſienſem.

Auguſto iuueni quod ſcripſit Horatius olim,
Proprætor, de te dicere iure licet.
Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus,
vnum pro multis millibus orbis habet.
Cum rebus cleri præſis, rebúſq; profanis,
Quingentis ſtudeas auribus vnus homo.
Naturæ miramur opus te nobile, rarum,
Diuinum. par eſt nec ſatis vllus honor.
Cum tot ſuſtineas & tanta negotia ſolus,
Vnum pro multis millibus orbis habet.

Ad virginem Mariam.

Diua præ cunctis veneranda, Chriſti
Mater, at virgo tamen vſq; pura,
Gloriam prædic, quibus ipſe tantam
Laudibus ornem.
Vt ſimul doctæ celebrent ſorores,
Frater et Lunæ, lyriciq; vates,
Quicquid & vocum eſt, pia virgo nulli
Cedis honori.

Cum ſuo Chriſtus patre principatum
Obtinet, ſanctum quibus addo Pneuma:
Proximos illis merito occupabis
Mater honores.
Huc opus ventis famuli ſecundis.
Infremat quanuis populus Lutheri,
Vota cantantur, precibúſq; magnum
Numen adoro.

In laudem L. Honorati Draconis, in præfatione libri de veritate inſcripti. alæ.

Semper Honoratus patrio reſpondet honori,
Et ſua quod referunt nomina, rebus agit.
Cerne vt flexanimi carmine Lælium:
Appellat, mera Veritas vt illo
Semper ſalua ſit hoſpite,
Vel peritura eſt.
Scire laboras
Lector, quale leges opus.
Veritas ternis canitur libellis:
Quos Clio hiſtorijs omnibus expolit,
Quóſq; flat Andina Calliopæa tuba:
Si qua tamen conficta, graues volo pendere pœnas

In bonorum oſorem.

Cur collo inducis millum? lupus exit ab antro,
Circuit infirmas ore cruentus oues.
Auxilio me fida canum, me turba iuuate.

Spem rapio, armato pectore pastor adest.
Pastorem lupus aspexit, sed visus ab illo
Est prior. obticuit versus ad antra lupus.
Te lupe deuoueo, seruam bibe cernuus vndam
Pro meritis, panis te lapidosus alat.

De Publia.

Vt erroribus incapistret, arte,
Cum vino madui, puella tractat.
Dat mi basia, quot dedit Catullo
Olim Lesbia gratis illa amanti.
Poscinummia sunt meæ puellæ,
Quæ cibaria procreat voluptas.
Postquam proluuium libidinosum
Commouit mihi, sentio crumenæ
Mirum proluuium. iugum subire
Tanti postea venditum recuso.

De eiusdem perfidia.

A nullo tactam iurabat Publia sese,
Credebam castum Penelopésque thorum,
Nescius occultæ fraudis. scio ab omnibus illam
Incurri, iurat sed mihi semper idem.
Posco dari noctem, Dianas obsistere fingit
Ad currum celeres iungere Solis equos.
Libera concedi spatia, & nil constat obesse,
Cur minus illa dedit? intus adulter erat.

In Lauſtaurum mœchum.

Lauſtaurus quando ſuperis concedet ab oris,
Coniugibus metuent Numina magna ſuis,
Solicitè faber vxorem cuſtodiet, acer
Mars illi poſthac non metuendus erit.
Zelotypus viuet diuûm pater, vxor Auerni
Rapta ſemel, metuet coniuge læta, rapi.

Ad Io. Vulteium propter aliquot carmina diuinitùs ab eo ſcripta.

Verborum numero æquaſti cæleſtia ſenſa
Vultei, ſacris emodulata ſonis,
Senſa fidem dominum in Chriſtum monſtrantia viuã:
Quam non Inferni ianua nigra teret.
Credidimus, Pſaltes inquit, ſumus indè locuti,
Ingignit Chriſto conſona verba fides.
Sed quid ago? eximio iam me prope confero vati:
Res ſtulta eſt frutices compoſuiſſe roſis.

Ad Suſannam.

Genua apprehendo, noctem poſtulo, fingis
Teſtes timere, vt des minus.
Libero timore, nanque tectus irrepam
Orci Suſanna caſſide.
Prætendis aliud? o mulier parum prudens?
Si te ipſa amas, multi oderint.

Ad Bart. Anulum Biturig.

Anule digne tuo cognomine, metra dediſti,
Ex quibus in lucem mens tua plana venit.
Anule mi, verè quod diceris. anulus ambit
Vt digitum ſanctæ pignus amicitiæ,
Sic tibi deuincis, explorant quotquot ad vnguem,
Nec minus in parto firmus amore manes:
Cuius amicitiæ virtute encωmia amicis
Attribuis nobis Anule, quæ tua ſunt.

In Publiam.

Mœcha quòd admittis tam multos putida mœchos,
Vni nupta, viris omnibus expoſita,
Lapſanna, nunquam faceres, ſi viuere poſſes.
Caſtiùs vt viuas, lingere diſce ſalem.

Ad P. Griæum Theologiæ Baccalaureum.

Roma ſuo tribuit Pompeio frontis honorem,
Martiſque laudem Cæſari,
Aurea diuinæ Ciceroni præmia linguæ,
Brutóque robur pectoris,
Scipiadis, Curio, Deciiſque duobus amorem
Inæſtimandum Patriæ.
In tam laudatis ſpectabitur vnica, ſolus
Ornaris omni gloria.
Effudêre ſinus cæleſtia Numina plenos

In te ſuorum munerum.
Eſt teſtis locuples Hylari plebs ſancta, tuiſq;
Plebs concionibus frequens.

Ad Med. currucam.

Pallidus ille, die qui te noctúq; reuiſit,
Palloriq; petit pharmaca multa ſuo,
Non pallet morbo, ne fallat, pallet amore.
Permolit vxorem pallida larua tuam.

De Salm. Macrino, ad Io. Binettum.

Arguit eximios mora temporis, arguit illum
Macrinum, cuius carmina ſæpe legis.
Vt mora nunc ſegetes, nunc crudas percoquit vuas,
Percoquit ingenij dulcia muſta mora.
Annis quæ luſit quondam puerilibus audax,
Hæſerunt bibulis auribus hauſta tibi.
Maiores ſenior Clio ſibi poſcit honores,
Maius ab ætatis munere pondus habet.
Quò mage mens hominum iuſtos accedit ad annos,
Dulcius acceſſu temporis edit opus.
Cantio quàm Cygnæa, Deus! quàm mellea! cuius
Illecebra gaudent ſydera, terra, fretum.

Ad Mac. à quo multa carmina acceperat.

Scire voles, paucis cur carmina multa rependam,
In ſegetem fruges qui dat, an ille ſapit?

De Anna ſanguinarij puella.

Pulchrum Diones quòd genus,
Cupidiniſq; ſubiugum
Longus ſanguine perlitus
Igni incendit amoris,
Mirare? quódq; ille picifer
Aſſeſſor aſſe comparat
Sororem lepidi Ioci,
Aſcenditque cubile?
Bæotio voracior,
Mendiciórque Pauſone
Eſt illa egregia & bona,
Stulto nupta marito.

Furor Poeticus.

Poëtis bene mente conſtituta
Nulla carmina prouenire poſſunt,
Claras luminis eruenda in auras.
Poëtis opus eſt rapi in furorem,
Mentis ſemina ſic ferunt moueri.

De tribus leonibus lapideis lucernas gerentibus, vna nocte Roma Viennam allatis.

Inter magnarum miracula plurima rerum
Vergilij ſolers annumeretur opus.
Tres Magica ardentes confecerat arte lucernas.
Ardenteis ſemper ſeptima vidit hyems.

Treis tribus ex ſaxis, immania membra, leones
Subijcit, Idolis munera grata ſuis.
Pontificis precibus Roma ſunt nocte Viennam,
Nocte vna Angelica ſingula lata manu.
Christiadûm pulchros hodie conceſſit in vſus,
Quo prius infelix ethnicus vſus erat.
Aſpice rem, Chriſti famularis turba, ſtupendam
Vergiliiq; manu, pontificiſque prece.

De Paula.

Adultera lacena pulchrior Paula,
Qualis hyacinthus pollice
Demeſſus haudquaquam, farina aut vt morum
Variatum, Aricino Domi
Deformiorem habet maritum, & pede tardum,
Atque hunc vel efflictim perit.
Interrogata, cur amet, illa reſpondit,
Claudus agit optimè virum.

De Pſoſide.

Non ſentit arcus ſaucia mollium
Pſoſis Amorum, non capitur iocis.
Cur ergo nulli pernegauit?
Pauperie gracili laborat.
Matri monenti ſæpius, vtili
Vt prouideret cauta viatico,
Nunquam famem, inquit, pertimeſcam,
Dum gladio ſtatuar leæna.

Ad Io. Caussadum.

De me tum sentis, tum Caussade scribis amicè,
Sensa & scripturas vt tibi dictat amor.
Non in me apparet tanta excellentia laudum:
Sed paucis qualem me decet esse, mones.
Vel quod credibile est multò magis, exigis à me,
Quæ dote ingenij nobilitatus, habes.
Nam sis eloquij iurisne exactior, omnes
Addubitant. æquè laus vtriusq; datur.

Quòd Publiola sit lena.

Fama est Publiolam corinthiari,
Illam Publiolam perinde charam
Mihi atq; est oculus: corinthiari
Fama est attamen, esset illa quamuis
Mihi atq; est oculus perinde chara.
Antequam foret illa nota nobis,
Sese prostituit modò his, modò illis:
Quod mira patientia ferebam:
Cœpit posteaquam corinthiari,
Molestum est mihi, quòd perinde chara
Puella atq; oculus corinthiatur,
Et in fornice virgines propinat.

In Medimnum.

Istóne pacto me immerentem perdere
Tentat malorum Lerna, scelerúmq; Ilias?

Adeóne tetra excogitat: quò me ad vltima
Nequissimus bipedum salutis truderet?
Barathri Barathrum, squalens carcer carceris
Tot fœditateis, quas obit, impinget alijs?
Quem buxeus vultus, macérq; & oculi truces,
Et proferentis tertiata vocabula
Flagrare felle liuido satis indicant,
Et noxio armatum animo, & omni sarcina
Peccati. in illum Musæ Iambum stringite,
Mystæq; Musarum Poëtæ candidi,
Imploro vestram opem. fores carbonibus
Iambicis replete nebulonis. nouis
Oblinite chartas versibus. nil compita
Aliud loquantur, quàm illius impium animum.
Adeste Iambi, virus euomite in caput
Famelicum, scelestum & execrabile.
Illi imprecemur, Naso quicquid Ibidi.

De eodem

Extabet atra macie, & exili toga
Tegitur Medimnus, non podagra illum grauat,
Nullo est onustus onere, nec est senex: tamen
Incedit humili tardius testudine.
Cur? fœditatum plumbeam fert sarcinam.

Aeternitas Poëtarum.

Graculus infelix auium quandoq; tacebit,
Musarum quoquo tempore cantat auis.

Insigni Vates doctorum laude ferentur,
Frendeat effreni Zoilus ore licet.

De Geruas. Retiano gymnasij Coqueretici moderatore.

Fontes dedissent si mihi Musicos
Phœbus sororum cum grege dulcium,
Geruasium æterna camœna
Concinerem, columen iuuentæ.
Ut qui in sacrato puluere sedulus
Sudarit, artes & magis arduas
Tantisper, vt prosit propinquo,
Posthabeat, licet aptus illis.
Quo res tumeret publica Principe,
Submittit imo pectora captui,
Sed pectora ad totum regendum
Imperio bene nata mundum.

Ad Suffenum.

Olim fuisse regium professorem
In arte dicendi bene,
In Gallia haud quidem, sed Galliæ in portu
Suffene iactas. quò minus
Cordatiores tibi fidem adhibeant, obstat
Innata naso pustula.

Ad Io. Anglicum Lutetianum.

Anglice, puer Iunonie,

Matrisq́ partus aureæ,
Si dixeris verba optima,
Si feceris pulcherrima,
Laudem parabis maximam.

Ad Patronum.

En mei insignes notulis amoris
Mittimus versus, tibi qui videndum
Exhibent pectus niueum clientis,
Chare Patrone:
Ipse doctrina quod ego excolendum
Curo, tu sumptus mihi liberales
Suggeris, sancto monitúq́ calcar
Addis eunti.
Es mihi primos moderatus annos,
Lege quos casta bene temperasti,
Temperásq́ annos hodie institutis
Gnauus adultos.
Quid miser tantis meritis rependam?
Si velim nummos, satis esse nummi
Non queant vlli, tua quos abundè
Arca flagellat.
Ergo victura meritáq́ Musa,
Hunc tuum erga nos animum canemus.
Posteri dicent mihi te patronum,
Méq́ clientem.

Dialogus. Pallas. Frugalitas.

Frug. Tristis adest, altéq; petit suspiria Pallas,
Huic volo suppetias ferre, gradúmq; sequi.
Pallas ades.
Pal. Quis me reuocat, cursúmq; moratur?
Frug. Huc vertas animi dux bene fida mei.
Pectore quæ cura impēdet? quid corde volutas?
Pal. Disciplina vetus perijt, ego langueo.
Frug. Verum est.
Pal. Quid non corrumpit perfidiosus amor?
Frug. Quid non ebrietas studijs inimica?
Pal. Clientes
Absorbet meretrix insidiosa meos.
Frug. Vina meos. vnde est mentis stupor.
Pal. Hoc fit ab illa,
Quæ miserum misero corpore corpus alit.
Frug. Principio est mollis Bacchus, ceditq; bibenti,
Postea vincit.
Pal. Idem meretrix infida facessit:
Qui vincunt pessum mox male victa, dabit.
Frug. Ducit odore merum pulchróq; colore bibentes.
Pal. Et forma meretrix, & blanda voce moratur.
Sub vestimentis retia mille latent.

De capillis Taurinensium mulierum.

Flauenteis visure comas, & ab arte tumentes,
Quas sibi Taurini fœmina quæque parat,
Esse pilos credas, non credas esse capillos,
Tantùm est subrufi pendula cauda bouis.
Cur aliunde sibi cupiunt accersere formam,
Quas natiua suo donat honore Venus?
Tale est lac guttis fuscatum sanguinis, ignis
Purpureus niueo qualis in ore rubet.
Sunt illis niueæq; manus, flauiq; capilli,
Vox etiam Dominæ blandula lena suæ.
Cur aliunde sibi cupiunt accersere formam?
Cur detracta pigro pondera ferre boui?

Pronuntiata Papiæ carmina, coram iuuentute.

Excole facundæ Numen venerabile Peithus,
Iucundúsque labor suscipiendus, erit.
Illa dabit faciles aditus ad magna, Polóque
Coniunget, nomen tollet ad astra tuum.
Qua vacuus, tristis duces & inutilis annos,
Consumes vanos, & sine luce dies.
Sola docet motus animorum, & pectora mollit
Aspera, ab irato corde mouétq; minas.
Reddit & iratos, inimicáque suscitat arma,
Cum modò qui bene vult, protinus hostis erit.

Tum nullum vitæ genus est in honore, disertus
Sermo nisi accedat, mollis & oris opus.
Non tamen os solum formetur, ab artibus exit
Nobilitas: facient hæc duo iuncta deos.
Ars infans, intra vaginam ferreus hærens
Vt gladius, propria commoditate caret.
Exornet legum iurisque peritia pectus,
Os regat & poliat blanda Suada tuum.
Et demum postquam te huic ipsa sacraueris vrbi,
Ciuis honoratum te quasi Numen alet.

Ad eandem.

Non est quòd fugias onus laboris.
Hîc aptus studijs locus venustis,
Aër eximia benignitate.
Hîc non frigora pigra te retardant,
Immanisve Aquilo, frequénsve grando.
Non dura nimis impediris aura.
Hîc est copia fructuosa rerum.
Hîc est copia gentis eruditæ.
Ergo suppeditata cuncta cum sint,
Tibi ne videare defuisse.

Ad Album.

Cur curruca pedes habeat foris, Albe, requiris,
Vxor habet quod agat, iussit abire foras.
Cur sumit fastus, nuper mendicior Iro?
Capram cælestem vir bonus intus alit.

Epitaphium Rosseti.

Quisquis calcat, & hoc terit sepulchrum,
Hunc mortis meminisse fas superbæ,
Nec tantum citò præterire vatem:
Cælo qui tulit os sacrum, remotas
Cum gentes caneret, ducúmque casus:
Errores, monitus, necémque Pauli,
Et mysteria Plebis ad salutem:
Mox Christi genus, aureas loquelas,
Erga nos homines benigna corda,
Acceptósque Deo volente vultus
Seruiles, tamen vt Deus lateret.
Immortale sibi decus Poëta,
Victuram sibi gloriam parauit.
A tristi nece vindicare corpus
Sed nunquam potuit, locúmque cessit.
Ergo collige iura summa mortis,
Quæ stultum caput, & caput peritum
Per cæcas agitat Iouis tenebras,
Et regum pede limen intrat æquo,
Pulsans pauperis ambit officinas.
Tibi sit male Mors mala & proterua,
Quæ tam doctum hominem mihi abstulisti.
Virtus, gratia, & ars, & amplitudo,
Hoc sunt condita, quo Poëta, tymbo.
Christi Numina posce, posce patrem,
Sanctum denique spiritum, beati

Vt manes ſine fine conquieſcant.

De eodem.

Nunc tria defunctus loca poſſidet, ora virorum
Fama ſubit, animus ſydera, corpus humum.

Ad Michaëlem Nepotem Pictonem.

Vergilius viuo ſtupefecit carmine Romam,
Peligno eſt dictus carmine viuus Amor.
Cur non viua loquar ſed mortua, ſcito Michael,
Anſam ſcribendi mors violenta dedit.
Lectorem ſat habet vetus obleFtare camœna,
Diuerſum ſuadet viua tenáxq; Fides.
Illa crucem Chriſti ſuadet, Chriſtiq; ſepulchrum,
Vtq; fuit terna vita reſumpta die.
Suadet vt ad vitam cum Seruatore, ſepultus
Chriſtigena à putri quiſque reſurget humo.

Elegia de morte Patris Petri Suſſannæi, ad Gulielmum fratrem.

Heu genitorem atræ ſuſcepto vulnere mortis,
Amiſi, ſolus qui mea vita fuit.
Audieróne vnquam ſuauiſſima verba loquentem?
Non audita mihi verba monentis erunt?
Nunquam ego te aſpiciam poſthac Pater optime? nūq̄
Colloquar? o propria mors mage morte grauis!

Eripit ex oculis tellus iniecta sepultum,
Quod superest, animo tu mihi charus eris.
Et virtutem ex te discam, versúsque gementeis
Morte tua, mœsta mente, geménsq; legam.
Parce pijs frater, lachrymis. te fata dederunt
Fratrem, me poteris fratris habere loco.

De Salmo. Macrino Cubiculario Regio, ad P. Galandium præcipuum amicum.

Ingenijs tellus sat floruit Itala, laude
Extulit & Vates ambitiosa suos.
Fama hodie gentis perlabitur inclyta Gallæ
Ad Thulen, Arabas, Caucaseósq; lares.
Ausonidûm minuat strepitus argenteus anser,
Aureus & Gallus carmina cantat Olor:
Quem pius immensis Rex auxit honoribus, aula
Inq; sua illustrem iussit habere locum.
Aduelent alij lauro caput, hoc mage clarum
Laurigeris quot sunt, quótq; fuêre comis.
Certanti antiquis gratare poëta poëtæ,
Nascentúmq; choros numine réq; iuua.

Fixit in templo D. Bernardi, cum transcenderet Alpes.

Aeterna sitiens Bernardus amánsq; salutis,
Contempsit mundi prætereuntis opes,
Victurúsq; Deo vastam delegit heremum,

Hic vbi non vllis hospita terra foret.
Post bene viuendi socios adiunxit, & ædes
Magnificas, late quàm patet orbis, habet.
Præcipuè horrendi super alta cacumina montis
Extruxit casta religione domum.
Quo quotquot venêre, pijs à fratribus esca
Excepti, quā non experiuntur opem?
Huc fer opem, rem confer, erit collata benignè
Hospitibus, nummos quisquis es, adde tuos.

Fixit Taurini Cic. inuectiuas enarraturus.

Dicendi siquis non segniter ambiat artem,
Romanique velit discere iura fori,
Et quo prosciderit Marcū Salustius ore,
Tum qua se Cicero dexteritate tegat,
Huc bis septena sese cras conferat hora,
Flexanimæ pulchras auferet artis opes.

Ad idem.

Si quis discere criminatio.es
Et Marci Ciceronis atq; Crispi
Optat, cras solitam scholas sub horam
Hortor sedulo publicas venire.
Illic schemata persequar, quibúsq;
Egerit numeris vterq; causam.

Impudentia meretricum.

Spurca Venus casti cum fregit claustra pudoris,
Progreditur præceps & sine mente ruit,
Non timet ora hominum, vigiles non curat ocellos,
Huic satis est animi turpia vota sequi.

In easdem.

Lupæ rapaces nunc valete, cognitus
Olim ille vobis cognitus, iam nuntium
Remittit. vna possidet pectus meum
Minerua, cuius vnius amore ardeo.
Procul hinc abite perditæ lupæ procul.
Prolem Deorum glubitis miserrimè.
Lupæ valete, nil erit commercij
Vtriq; nostrum postea improbæ lupæ.
Valere longum iam vobis renuntio,
Turpes Chimeræ, naufragi Syrtes maris,
Sphinctæ, Casaluades, feræ, lecastriæ,
Scyllæ, Charibdes, saxáq; horrenda, vt mihi
Causæ doloris estis & magni mali!
Nulla vmbilicum explere satietas potest,
Stupri lupæ plenæ, valete nunc lupæ.
Non sustinetis beluationibus
Ventrem impudicum? quod voluptatis genus
Non est odoratum pudendis partibus?
Quo non trahet vos ille anhelitus meri?
Lupæ hinc abite perditæ lupæ procul.

Ad Ogerium Bethunæum.

In te mirantur iuuenilia commoda multi,
    Naturæq; ferax cuncta ferentis opus.
Splendorem generis laudant & stemmata multi,
    Ingenium laudant consiliúmq; tuum.
Et plenum candoris amant, & nobile pectus,
    Plenáq; formosi membra coloris amant.
Quinetiam diuina colunt compendia mentis:
    Hæc admiror, amo, singula, laudo, colo.

Fixit ab Italia Luteciam reuersus.

Venit ab Italia Gallorum redditus oris
    Hubertus, sacri maxima cura chori.
Qui cras doctiloqui repetet compendia vatis,
    Vnde tibi Ænean Æneadásq; canit.
Cuius vt intenta sequeretur mente volumen,
    Omniáq; ex magna cognita parte forent.
Saxa celer summo tangentia vertice cælum
    Transcendit, gelidas comminuitq; niues.
Inde Scholæ claros cœtus, monimenta viarum.
    Mirandas Dominæ visit & vrbis opes.
Mox diuersatum lautè sacra Mantua cepit,
    Plenáq; Vergilij mens noua mente fuit.
Ergo rudimentum, quod poni debeat, audi,
    Musarum facias quámq; per antra viam.

Fixit Georgica prælecturus.

Quod cultu super edidit Poëta
Aruorum pecorúmq; Mantuanus,

Et quod arboribus super serendis
Explicabimus, vsui futurum,
Hanc vnam mihi si vacabis horam.

Et ista, interpretaturus Aeneid. Tert.

Quónam cremato venerit Ilio
Pius Diones filius aureæ,
Dum quærit antiquam parentem,
Vt Dominæ foret vrbis autor.
Vt scrupulosis cotibus impiger
Enauigarit, post Drepani patrem
Vt flerit amissum, sub horam
Dicere cras solitam, paramus.

Ad Claudiam.

Stultas Claudia curiositates
Mittamus leuium Luthericorum.
Viuamus placidé, bene & quieté,
Quódq; ecclesia sancta sanxit, omnes
Amplectamur et audiamus omnes.
Christo dissona mugiat Pharellus,
Orbis pernicies, rudens asellus,
Bonorum mala dogmatum ruina,
Strepat Turelupinus, Ariúsq;,
Stultas Claudia curiositates
Mittamus. sapere alta non oportet.
Nobis ingere mi Puer, Lyæi
Spumantes pateras amarioris,

Tum prodibo nouus poeta, versus
Et nouos faciam, nec infacetos.

Ad Cognatum Io. Fucherium.

Ipse tuos Gallo tinctos sermone lepóres
Cum legerem, agnato sanguine iuncte mihi,
Prospexi vario ludentes carmine Musas,
Blanditus Dominæ quod modulatur amans.
In quo verborum sententia pondere floret,
Arguti subsunt ingeniiq; sales.
Talia cum molli ludas, teneráq; iuuenta,
Dic quæ non poterunt à seniore peti?
Talia cum celeres leuiter fundantur in auras,
Quid facies olim seria verba loquens?

Secundi libri finis.

Ludorũ Sussanęi

LIBER TERTIVS.

Ad librum.

Vade liber, capiet Proprætor lenis eadem,
Qua Deus immensam fronte serenat humum.

Modestia Musæ.

Attentat nullos inhonesto fallere lusu,
Ludit ocellata Musa iocosa nuce.

Ad Proprætorem Parisiensem Io. Morinum.

A duce natura deductum factus ad vnguem
Inuigilas studijs, súntq; minoris opes.
Quàm Cato librorum non es minor heluo, dici
Si modò tam dura res bona voce potest.
Nostra inter libros, si censes digna, locabis:
Quos tua permultos bibliotheca capit.

Ad Simonem Colinæum.

Colinæe tuis cognomen moribus aptum
Refers, decúsq; nobile
Mente agitas, & iam te animis cælestibus addis,
Releuando inopiam pauperum.
Diuitias è thesauro dum promis in illos

Tuo, nouum in cælo extruis,
Et tibi concilias Christum, Christiq; parentem.
Paras ad hæc amiculos,
Non illos certè fucosos: infimus Orbis
Qualeis alit, ad fæcem cadis
Siccatis fugientes. te sitienter amici
Stabiles tui expectant Iouis
In templo: quò fata velint te serò redire,
Sororum idoneum nouem
Iuuentis:: quæ venturum transmittis in æuum
Pulcherrimis typis. Deus
More tuo reliquam faxit traducere vitam,
Suisq; donis impleat.

De Gul. Scæua.

Cum natura suam virtutem ostendere vellet,
Mundo dedit Scæuam, virum
Insignem genere atq; opibus: sermone & vtroque
Qui luculentè diceret.
Pangere seu cupiat Musarum munere carmen,
Orationem aut scribere,
Vtilis ante alias facundáq; scriptio salsis
Miscetur & gratis iocis.
Nos illi, benè nos vrbi dicamus alumnæ:
Cuius ope floret Gallia.

De Publia.

Mœchos salaceis cum puella non semel

Vidi loquentes, obstinatè pernegat,
Et fuste duro verberata pernegat.
Non crediturus sum Iouem iuret, licet,
Saturniámque: vera nam Parœmia est,
Non fœminæ credam, ne mortuæ quidem.

Ad Mart.Besardum.

Cum te leuis sors nuper acciperet male,
Inuecta apertis tibijs,
Obtorpuisse miserijs nemo est homo
Te conspicatus. quin sagax
Validè propulsasti molestos impetus
Ferocientis Nortiæ.
Martine miles actuosæ strenue
Virtutis, exercet Deus
Suos ministros, dúmque spirant, arduis
Vult subiacēre casibus.

Ad Petreiam.

Suffusum veneris mitto tibi sanguine florem,
Spernenti matrem fiet acerbus Amor.
Per nareis decurret odor, tua lumina pascet
Aspectu virgo versicolore rosa.
Ætatis subitò primus flos interit, agri
Vt flores tacti prætereunte rota.

Ad Publiam.

Æneadûm constent vt symbola dulcia matris,

Percusso mális Publia, mitte rosam.

De Indo.

Auditor quem spectat hians pugnantia tractat,
Sermones vendit, verba dat, vlcus emit.

Ad Bolaudium.

Ingentem citius cæles elephanta sub alis,
Scortillum posis quàm retinere domi.
Herculeo, dixi, vincta est mihi Publia nodo,
Mox, abiecit vbi cornua ceruus, obit.
Dicitur argutè, scorto est quasi piscis amator:
Scilicet est nequam sit nisi vterq; recens.
Elapsam manibus nostris non sit tibi mirum,
Bolaudi: anguillam non capit vna manus.

In seueros.

Immixtum bibimus merum, merúmq;:
Vinosum hinc male me mali poëtam
Vocatis male me mali & seueri.
Abite in Barathrum imperita turba.
Hoc verbum vetus oppidò est disertum,
Aquam si bibo, Dithyrambus haud est.
Græco more bibunt boni poëtæ.
Non mentes refici labore fessas
Est autor Plato, largiore vino?
Non cor lætificari Hebræus inquit?

Ad Puerum.

Instar equi magni nobis sunt vina poëtis,
Funde Puer. satis est, mens mea plena Deo est.

Ad Petreiam.

Tecum ambientem viuere Musicè
Auersa vatem cur refugis? redi,
Contaminari nec ætatem
Sic patere, aut Nemesis nocentem
Duro flagello repperiet. vide
Verno vt tepentes tempore frondeant
Fruges, sub hybernum futuræ
Marcidulæ, nisi demetantur.
Petreia, dentes candiduli, color
Suauis, venusti & me isti oculi tui
Dant omnia in tormenta: nullum
Aspera diminuis dolorem.
Ad subleuandum me superos Deos,
Tristiq; mundum carmine, ni leuas
Mœrore, conuertam: obstinatam vt
Repperiat Nemesis puellam.

Ad Publiam.

Palliolata vias in quaslibet irrue, posthac
Te prætextata non decet ire toga.

In Mæuium.

Aptè pingere Mæuium volebam,
Fidentem imperio potentiorum:

Natum paupere, rusticóque patre.
Notus histrio, scurra, vappa, truncus
Ostentat furias maligniorum,
Vim repellere vi deinde tentat.
Quid noster dominus, Deúsque Christus?
Malam si cui contigit feriri
Obuerti iubet alteram repente.
Se iactat tamen ille Christianum:
Non quales modò Roma quos perungit
Sacro Chrismate, mysticóque ritu,
Sed quales Aquilo reflando fingit.
Illum pingere Mæuium volebam,
E cursu mea Musa me vocando,
Mi vates ait, his inepte rebus,
Mala est bestia, lædere hunc caueto.

In deploratum conuenticulum iuuenum.

Cur vobis adeò, boni, placetis,
Duntaxat duo, trésue, quattuórue?
Partim mollitie leui liquenteis,
Phæacum soboles comatulorum,
Et molles magis anseris medulla.
Partim sanguine ciuium cruenti,
Plectendi cruce culeòue, siquidue
Asperum mage culeo & Barathro.

Ad Emeric. Vulpianum.

Finibus incolumem reddunt te fata cupitis,

Aduentu format gaudia quisq; tuo.
Totus eras absens cœtus absentis in ore,
Cura quiescentis, cura legentis eras.
Quando reuertetur? multos ego dicere sæpe
Audiui, votis tardius illud erit.
Crastina lux illum reuehet, corámq; videndum
Præbebit, charo restituétq; gregi.
Diximus hæc cupidé, votisq; precantia verba
Iunximus, audiuit vota precésq; Deus.

Ad Annam.

Anna quid inuidiæ verbis offenderis vllis?
Hunc illum ægre fers illa vel illa loqui?
Prorsus ab ingrata vita decedat, oportet,
Qui se auditurum fanda nephanda neget.

De Glycere.

Quando splendidulus nitor
Occurrit Glyceres, prorsus aui bona
Occurrisse mihi puto.
Sic illam leuium turba Cupidinum
Stipat, & Charitum chorus,
Vt mentem ipsa suo deijciat statu.
Amens sum penitus modó,
Amens sum penitus, nuper amans eram.
Suadet carpere gustulum
Hortator Veneris Bacchus & armiger,
Et feruens animi furor.

Carpendo viduus mente mea, ſimul
Triſtem amaritiem traho.

Ad Mauric. Scæuam.

Cum te diligat vnice Macrinus,
Et magni faciat tuas camœnas,
Atq; præferat omnibus camœnis,
Quis te non colat, & boni probatas
Vatis iudicio tuas camœnas?

Ad. D. à Largo baculo de Turnonia.

O me beatum bis ter & amplius!
Cui tam benigne contigit excipi
Abs te, erubeſcendóq; morbo
Conſilijs grauibus leuari.
Namq; illigatum belua me triplex
Vinclis tenebat firmiter æreis,
Atróq; fallebat veneno,
Suſtuleràtq; hominis figuram.
Immundus illi factus eram canis,
Et ſus lutoſo puluere ſordida,
Circéq; ſcortillum doloſum
Imperio rigido premebat.
Mox adfuiſti, ceu Deus é Polo
Votis vocatus, me medicamine
Fragrante ſanaturus oris:
Aſpera robora quo moueres.
Bis mille ſeſe proſtituit, lucri

Nidore, quòuis ire paratior,
Quàm quæ in lupanari impudenter
Cuilibet exposita est petenti.
Posthac sequetur quis stabulariam,
Hispaniensi colluuie grauem,
Tetróque tabescentem odore,
Qui superet Stygiam mephitim.
En faxo quondam posteritas sciat
Glubi expuenda Pictonas à fera,
Et me triformi de Chimera
Esse tuo auxilio expeditum.

Ad Lausum.

Ambagiosus iste rhetor Mæuius,
Scis Lause, quem dico, sed iste Mæuius,
Vt sensit esse me minus sectarium,
Hostem Pharelli, Buceri, Carolstadi,
Adeò & Lutheri, peius odit anguibus:
Quem plus ocellis antea dilexerat.
Istum ergo Lause quæ manent incendia?

Ad Gruschium.

Multa tua est probitas, & formæ gratia, multum
Doctrinæ studium, multus vbique modus,
Præter & ætatem quæsita scientia. perge,
Te magnum spondent fata benigna virum.

Ad Castricum.

Os dignum laudant inimici Castrice, raras
Suspiciunt artes, ingeniúmque tuum.
Consilium constans tantùm studiúmque requirunt:
Quæ duo si iungas Castrice, rarus eris.

Castricus respondet.

Cur alios alij maledictis figere gaudent?
Quid ferat à tergo mantica, nemo videt.
Diuinum est quod labe caret. sit criminis expers,
Alterius famam qui lacerare volet.

Ad Renerium Laudunatem.

Quid xenioli mittam tibi,
Quidue potius precer hodie,
Cum se annus emittit nouus?
Vt terra sit iusta & ferax,
Tuisque votis obsequens.
Tuam beatitudinem
Aduersitatis affricet
Rubigo nulla, seróque
Fruare post vitam Polo.

Ad Aulum.

Cui scribis, si non Epigrammate claudis, ad illum
Nomine suppresso, gloria quanta redit?
Præposui dices, titulum, mutabimus Aule,
Aptari ciuis tunc epigramma potest.

Ad Aemulatorem.

Non intelligis, inquis æmulator,
Quædam in carminibus meis, petiſque
Commentaria. noſse rem volenti
Summis vnguibus ingredi licebit.

De ſeipſo.

Hactenus infidis nimium confiſus amicis,
Accepi paruæ maxima damna rei.
Depoſui veſtes, periere: aurúmq; petenti
Mutuò ſæpe dedi, pernegat ille datum,
Hinc mea pauperies. veſtro tamen omine Muſæ,
Deſpiciam Crœſos, deſpiciámq; Midas.

Fixit enarraturus Aeneidos vndecimum.

Humanis qui te rebus diffidere lector,
Suadeat, Vndecimus vênit in ora liber.
Hic vim fortunæ vates operoſus acerbam
Monſtrat, & in genibus cuncta locata Deûm.
Quæ tractet ſecum & meditetur, ad optima quiſquis
Tendit, & erecta ducere fronte dies.

Ad deſertorem Puellæ.

Extingui longe fugiendo credis amores?
Piſtillo liquidam tundere pergis aquam.
Deſertas pactæ redeas ad coniugis ædes,
Te ſocer & ſocrus, te noua nupta vocat.
Abſens abſentem grauiter ſuſpirat amantem,
Illius ante oculos nocte diéq; redis.

Admoneo pulchræ ne ſis deſertor amicæ,
Aut pœnas æquo iure repoſcet Amor.

In Hirculum.

Frontis ſtriatæ buſtuarium monſtrum,
Fæx, pædor, & cruciarie,
Auis ſiniſtra, vultur, & caput vile
Ten' vatibus confers bonis?
Senex viete, recocte, Acheronticum ſpectrum,
Et larua hiantibus oculis,
Corpúſque ſemimarinum, & hirce fœtide,
Confers te odoris vatibus?

De Paula.

Quam non facturam ſperemus multa proteruè,
Quam vel amatori claudere velle fores?
Deteſtata iocos, Veneriſque peroſa furores,
Auro autorauit Paula pudicitiam.

De Clinia Vulteij.

Vix Elegis aliud, quàm dici vidit amores
Ingenio vatis Clinia nota ſui.
Vt triſteis Elegos proprium reuocaret ad vſum,
Ex noſtro fugiens æthere, ad aſtra fugit,
Materiámq; dedit nobis extincta feracem.
Nunc hoc exequias carmine quiſque ferat.

Ad Laufellum.

Inducis cælo nubes Laufelle sereno,
Sidonio obscuras lucidiora vitro.
Desine, vel tandem patientia victa tuorum
Te saxo interpres Cymmeriane, petet.
Venit vt autoris sensus intelligat, abs te
Stultior auditor, quàm fuit ante, redit.

Ad Boherum Auenionen. Archid.

Ad te lubenter carmina mitteret,
Deplesset haustu si veteres nouo
Hubertus, aut si fronde crines
Necteret Aonia decoros.
Est qualis inter lumina Galliæ,
Cantando pulsans Pieridum nemus
Vulteius, aureis qui beatas
Carminibus ferit eruditis.
Hubertus ad te si similis foret,
Ad te lubenter carmina mitteret.
Verbis anhelans in quibusuis,
Maluit hîc taciturnus esse.

Ad Rubellum.

Occurris nulla non potus luce Rubelle,
Qui te non potum, te benè manè videt.

Ad Caſtellanum Auenionen.

Vulteius, tibi quem labor
Æternus Cytharæ plauſibilem facit,
Scribat, me retinet pudor,
Illo cum retinet ſegnis inertia:
Nam quis mentis inops niſi,
Auſit nobilium te dominum artium,
Diſtrictúmque negotijs
Quamuis Pindarico ducere carmine?
Te, quem longus honor modò
Cingit res veterum tot benè ob agnitas?
En, quod diſſimulas, facis,
Dices, & nihili verſiculis tenes.
Arreptus pudor eſt mihi,
Cum quàm ſis animo lenis inaudij.

Epitaph. Matthææ.

Quæ iacet hic, nulli nupſit Matthæa marito,
In vita multis facta ſed vxor erat.

Ad Turnoniam.

Sunt tibi cinnamei, quos vellet Apollo, capilli,
Sine torre vultus lubricus
Spectatorem vrit: cur te Turnonia pingis?
Illuminare vis diem?

Ex Iliados Homericæ Tertio.

Auſus in hoſtiles temerarius ire cateruas,

Succubuit misera conditione, Paris:
Quem nisi pulchra Venus nebula texisset opaca,
Non effugisset vim Meneläe, tuam.
Ergo vicem miserans, à pugna mater Amorum
Eripuit, roseo composuitq; thoro,
Prodit ad accersendam Helenam, quā repperit inter
Fœmineum summa turris in arce, gregem.
Venerat huc Cypris, seruam mentita senilem,
Tum vestem, vt secum pergeret illa, trahit.
Diua trahens Helenæ vestem, Paris, inquit, in ædes
Te vocat, ad Paridem, sit mora nulla, veni.
Est iuxta lectum genialem veste decora
Constratum: quo nil pulchrius orbis habet.
Nulli vnquam est visus radiantior oris honore,
Totáq; iucundo fragrat odore domus.
Hæc Venus. at postquam collum prospexit eburnum,
Fulgorémq; Deæ, territa nata Iouis,
Tunc inquit, blandis captas me fallere verbis
Dæmonia, exilij causáq; dúxq; mei,
Visne me ad externas iterum deducere genteis?
Me vis in Phrygiam, Meoniámve rapi?
Vicit Alexandrum fortis Meneläus, & vnà
Cum victore, meos læta videbo Lares.
Vt me decipias, nam cur sub imagine falsa
Diua venis? Paridi tam bene, stulta, cupis?
Pro quo dum satagis, cæli commercia linquis,
Illius & quantum suspicor, vxor eris.
Ad Paridem prorsus non ibo, quod attinet ad me.

Eius in amplexus ipsa redire queam?
Istud si fieret nimium culpabilis essem,
Graiæ damnarent Iliacæque nurus.
Quod si perciperem, consumerer ægra dolore.
Illi flammato pectore Diua refert,
Infelix mulier, nostrum caue lædere Numen.
Si pergis, pœnas Numinis ira petet.
Propitiam experta es, si pergis, gentis Achiuæ,
Communique odio subijciêre Phrygum.
Fœmineo à cœtu tacitè digressa Lacæna,
Valdè diuinis exanimata minis,
Idalia ducente, domum festina nitentem
Ingreditur, cupido grata futura viro.
In thalamum vênit, nitidum laquearibus aureis.
A Venere in sella iussa sedere, sedet,
Obliquans oculos à vultu mœsta mariti,
Talibus est verbis orsa Lacæna loqui,
A pugna tandem rediijsti, qui nisi dama,
Fugisses, mortis præda futurus eras.
Captus ab hoste, meo quondam miserande, marito:
Qui tuus hostis erat, vir meus ante fuit.
Corpore iactabas longè præcedere firmo.
I nunc, ô fortis, rursus ad arma voca.
Si me audis, nunquam Meneläon ad arma lacesses,
Ne gladio perimat confodiátque suo.
Hic Paris, ô mulier maledictis figere noli
Victum. me vicit Palladis vsus ope.
Quod superest, nobis lectus genialis in aula est,

Quin operam Veneris rebus amica damus?
In te me nimium vehemens tenet ardor amoris,
Et collata meis ignibus Æthna, tepet.
Non adeò ardebam, quando Lacedæmone primùm
Te rapui, in molli concubuiq; thoro.
Hæc cum dixisset, geniale cubile petiuit,
Mox sequitur Phrygium Graia puella virum.

Ad Andræam Linum, in festo diui Andrææ.

Dum facis Andrææ festum solenne sacerdos,
Cessator esse nolui.
Martyris à nobis versu, quod possumus vnum,
Memoria propagabitur.

Lyra Vndenaria.

Nihil vnquam honorificentius accidit mihi
Ista beata ex millibus multis die:
Qua licet Andrææ dignas attigere laudes
Vndenariola suauiloquáque Lyra,
Patronique tui proposita die
Oibus festa, tibi gratulari.
Andræas iter it sui patroni
Spe, charitate atq; igenua fide.
Ex imperio Numinis alti
Viuens orbe sub infimo,
Hæret Olympo.

De diuo Andræa.

Promiſſis valdè pendens ex arce profectis
Cælituum Andræas, vix patienda tulit:
Quem ferus vt voluit delere cruore ſatelles,
Figereq́ arboreæ corpora ſancta cruci,
Ad Chriſtum referens animum, immortaliter illo
Tempore gaudet, cum vis adhibenda foret.
Cum foret in motu magno res omnis, ad acrem
Spectatura necem, talia tortor ait,
Si leges mutare velis, Chriſtúmq́ negare,
In ſtulta poſitus ſpe nimiúmq́ leui,
Auctus opum cumulo tota florebis in vrbe.
Contra reſpondet Martyr, inepte tace,
Non has diuitias ſpeciémve ſitimus honorum,
Veræ ſunt Poli opes, eſt ibi verus honor.
Corpore non animo diſtractus, in agmine ſolor
Angelico: quod me mox ſuper aſtra feret.
Auris abhorret ab hoc ſermone ſuperba Tyranni,
Cuſtodémq́ pij nominis eſſe dolet,
Atq́ extrema parat. teſtis vehementis in altum
Vt ſubterfugeret infima, vita fugit.

De Infante Lotharingo.

Naſutus, naſóq́ carens propè, Barbarus, Infans,
Obloquitur. pugnant quattuor iſta ſibi.
Non pugnant. ſima deriſor nare, diſertè
Non loquitur, tetro virus ab ore vomit.

Ad P. Tillierum med.

Ad te ſcribendi, multúmq; diúq; petenti
Materiam, Fabij ſuppeditauit opus:
Octauo libro Taurum monet arboris eſſe
Radicem, ſed non quæ foret arbor, ait.
Vt doceas, precibus, medicorum gloria, ſupplex
Obſecro, res quoniam muneris iſta tui eſt.
Singula veſtigat terræ plantaria, vires,
Herbarum quoduis & Medicina genus.

Ad Panetium apud D. Maxentium proprætorem.

Effecit hodie cuilibet ſanctiſſima
Exiſtimatio tui,
Vt te camœnis demorarer frigidis
Licet imperitè: ſed bona
Conſolor atq; maxima ſpe. tum magis
Meapte ſponte concitum
Beatitudo ſobolis incendit nouæ,
Incendit & ſupra fidem,
Vt gratularer tum viro docto, tum bono,
Si quos habet Maxentius:
Cuius apud omneis candidos ſanctiſſima
Exiſtimatio manet.
Tacere proinde non mearum virium
Fuit, viro & grauiſſimo
Non gratulari prole nunc aucto noua.
Quanquam mea hæc ætatula

Existimatione tua magis indiget,
Et celebritate nominis,
Quàm ista tua virtus omnibus admirabilis
Laudem meam desideret.

De volupt.

Qui se voluptate beatum putat, fructus
E Tantali horto colligit.

Ad Macrum.

Cœno domi, impensas facio, quas postulat vsus,
Et quas necessitas, Macer,
Tu me vis vti vel ad omnia. nolo. quid? inquis.
Cum pàueris, impera mihi.

In Vxorem Garrulam.

Vxor perfida, vana, iurgiosa,
Desine pòst placido tam grauis esse viro.
Omnia sustento, dices. modò desine: mauult
Compressa sedeas nocte diéq; manu.

Ad Ant. Stupam.

Coniungis geminas imitator Cæsaris arteis,
Temporibúsque suis arma, togæq; placent.
Nónne iuuat testem virtutis habere Peronam?
Testes Parisios artis habere tuæ?
Non benè conueniunt, obiectat barbara proles,
Hæc duo. cur? nunquid Pallas inermis erat?

Ad Zoilum.

Vxorem vendit Maurus, nil Zoile peccat,
Iure poteſt, pretio fecerat ante ſuam.

Ad eruditam puellam Toloſ.

Audio te raras dotatam Virgo, per arteis,
Nec ſinere antiquas nomen habere ſuum.
O virgo ſeclis feliciter edita noſtris!
O per te pariter ſecula fauſta nimis!
Quid dicam quàm lingua valet? quæ gratia formæ?
Nec tibi ſucceſſum ſórſq; genúſq; negant.
Inuenies quancunq; viam virtute petiſti,
Concedéntq; viri mox tibi Virgo, locum.

Ad Rob. Gaſteum Coquerettici Colleg. Primarium.

Mens erat, abſenti quam dicimus, ante ſalutem
Dicere præſenti, mens neq; ſegnis erat.
Obſtitit optanti virtutum excuſſa tuarum
Copia, lux oculos ſtrinxit & iſta meos.
Nam tibi quis rebus ſacris, rebúſq; vacanti
Gymnaſij verbis audeat eſſe grauis?
Tu tamen, vt fama eſt conſtans, affabilis omneis
Excipis, eloquio conciliáſque tuo.
Cur igitur refugis? dices, quin protinus intro
Ingrederis? vetuit lentus adire pudor.
Carmina miſiſſem, niſi doctis auribus eſſent

Abſona, quadratis conueniendus eras.
Hoc ego cum ſcirem, cunctabar mittere, venæ
Conſcius ô Primas, ingeniiq; mei.
Ergo voluntatem ſatis eſt expendere. ſemper
Sis mihi patronus, ſim tibi iure cliens.

Ad Io. Gamelinum Iuniorem.

Dulcibus illecebris te Gameline ſororum
Doctarum iactas iugiter ipſe capi.
Proinde meos rogitas verſus, dulcedine motus
Illorum, nobis ſi modò vera refers.
Fruſtra corneoli ſpirant ſublimia ſenſus,
Conantem obturbant, iniiciúntq; moram.
Si te carminibus liceat feciſſe potentem,
In laudes fierent carmina multa tuas.
Sed cùm nil habeant leuidenſia ponderis, effer
Vota aliò, nugas deſine velle meas.

In Medimnum.

Barbarus è triuio, rabido me vulnerat ore,
Et carbone meum nomen vbiq; notat.
Egregiè iunctos tentat diſrumpere amores:
Quas igitur pœnas belua fœda luet?
Odit vterq; parens, omnes odêre propinqui,
Et tanquam peſtem ferre recuſat humus.
Buxeus hunc vultus, vaſtiq; figura gigantis,
Malitiámq; ſonax naſus olere docet.
Malitia licet ille ſua plectatur, Iambo

Confodiam. ad pœnas nil Elegia valet.

Iambicum.

Pedunculorum te tegant cadauera,
O beluantis horridum monſtrum gulæ.
Impurus olidum cum relinquet carcerem
Spiritus ad Orci culum abeat, illo vt loco
Felix fruatur, vnde venerat prius,
Tuum cadauer ſed tegant cadauera
Pedunculorum illic ſcaturientium,
Ne tu ſepultura inſepulta dormias.

Tertij libri Finis.

Ludorũ Suſſãnęi

LIBER QVARTVS, ET VLTIMVS.

Ad Io. Morinum Proprætorem Pariſien.

Ad te conanti noua ſcribere carmina, dixit,
Ne propera, roſeus virgineúſque Pudor.
Nam te, quis rerum confidentiſſimus audet
Obturbare, tuis cum dare iura paras?
Aut quod ſat comptum caſtigatúmq; poëma
Mittetur vatum Pieridúmq; patri?
Tu ciues vrbémq; & magna negotia curas,
Eximie doctos doctus & ipſe foues.
Tanto ſubnixi Proprætor magne, fauore
Scribimus, in partem ſuſcipiéſq; bonam.

Ad Diony. Clauerianũ, Rect. Biturig.

Clauериane tuo laus contigit ampla labori:
Hæc ſit ſera licet gloria, grata venit.
Iam liquet an puri mores doctrináq; proſint,
An proſit rectos diſpoſuiſſe dies.
Si bene te noui, cum laudum nulla cupido
Mouerit, eſt vltro te comitatus honor.
Omnis adeſt ætas Rectoria ſigna ferenti,
Gaudet honorato téq; ſedere gradu.

Interea, tantùm quod possum, carmina vates
Componam Rector, laudibus apta tuis.

Ad D. Genouefam Virginem.

In trepidos febris flagrans innaserat artus,
Quærebam certam qui mihi ferret opem.
Grassabatur iners morbus, sine sanguine turpis
Pallebat vultus, nil nisi languor eram.
Cum nihil ægrotum medicamina mille iuuarent,
In mentem virgo mox Genouefa venit.
Hac ope me solans ad spem deuoluor amœnam,
Gratia fidenti virginis apta datur.
Omnibus è membris febrim radicitùs omnem
Extrahit, amissum restituitq; decus.
Mente alacri ad Musas opus est, mens antea morbo
Prorsus adempta pia reddita floret ope.
De cultu vis nulla tuo me Virgo mouebit,
Et sacrum vates ipse perenne feram.

Ad Cineracium.

Contrahere tecum nolo consuetudinem,
Rogásq; plumbeum caput,
Cur ipse vitems, cui parùm conuixerim,
Nec nouerim, vt ais. improbum
Ne inscius sis, vel vnico agnoscam die,
Verbúmq; me mouet vetus,
Vt nemini homini meminerim confidere,
Prudente diffidentia.

Ad Lutherianos.

Primas creditus obtinere parteis
Inter colluuiem Lutherianam,
Quare vos fugiat, leues aselli,
Sæpe quæritis. infaceti aselli,
Quis se destinat huic sodalitati,
Moricho nisi stultior? deinceps
Sic exquiritis, an febriculosi,
Hydropésve sumus siticulosi?
An morbo sumus impediti Ibero?
Corpus corripuitne tetra pestis?
Axilláſne habitat caper calentes?
Forsitan: ratione sed moueri
Tam leui nequeo. quid ergo vitas?
Morbus vos rapit, oro, ne rogate,
Qualis sit, tamen est periculosus.

Ex Gallico Bucheti Pictonis.

Vsurus rectè non experieris amaram
Vxorem, per te vel bona vel mala fit.
Fœmina opus prædulce Dei: quo nostra iuuantur
Commoda, solamen deliciúmque viri.
Si quis abutatur, stultorum dixero pace,
Vertitur in pœnas horribilémque crucem.
Ingens prosperitas cadit in contraria, manis
Quando creaturæ posthabuisse Deum.
Omnibus attribuit rebus Natura creatis

Conueniens pretium cum pretióq; decus.

Bacchanalia.

Bacchi Clientes ſtrenui,
Inauguremur poculis
In hac die vino ſacra.
Admoliamur melleis
Promptam manum liquoribus,
Curáſq; pellamus graueis,
Et recreemur ſomnio.
Nunc porrigendæ ſunt preces
Patri bibentum Libero.
Feſſo laboris ſarcina
Refouere laſſitudinem
Thyoniëos conuenit
Exhauriendis poculis,
Humanitati & optimè
Conſtabitur. abeant procul,
Qui diſſipant conuiuia.
Folles auarus aureos
Auibus ſiniſtris incubet,
Et ſacculum auro inferciat,
Famelico vteri ſacculo:
Qui confici gaudet fame.
Ventrem ſaginare affatim
Decet in die vino ſacra,
Pateris & hortari nouis,
Donec bibendi terminus,

Infusus oculis sit sopor.

In Rabulam.

Reprendi non vis hodie tua scripta, sed inquis,
Iudicium melius postera secla ferent.
Et quasi iudicio careant tua secula damnas.
Mens diuersa Titis Vergiliisq; fuit.
Spectandam populo picturam magnus Apelles
Proposuit. non vis? tu tua solus ama.

De Andræa & Mauro grammatistis.

Presbyter Andræas edentulus & pede tardo,
Grammaticus fuerat sancta Tolossa tuus.
Presbytero cœlebs successit Maurus, at illic
Grammaticen metuens morte perire sua,
Vt perstet natis ars tam pretiosa relictis,
Grammaticæ & toto spargat in orbe genus,
Vsus ad ætatem deuexam cœlibe vita,
Exuccus, membris inualidúsq; suis,
Vxori nubit. peccas, scio dicere Maurum,
Vir ducit, nubit fœmina nempe viro.
Talia sunt, fateor, prærancida dogmata Mauri,
Qualia grammaticus quisq; magister amat.
vir nubit, coniux quando imperat, autor vt inquit
Celtiber, vxori nubere nolo meæ.
Vxori dotem spondet vel principe dignam,
Præter & ætatem forte valénsq; latus.
Prona puella capi, credit, voluere parentes,

Ducitur à Mauro candida nympha sene.
Dos petitur, loculos habitabat araneus. vna
Spes erat in lumbis, vir nequit arrigere.
Defecisse videns trunci præmortua membra
Coniux, auxilium mox aliunde petit.
Putre quòd amplecti cogatur nocte cadauer,
Pulchra est indigno carcere clausa Venus.

Ad Ligurem.

Huc aduerte Ligur, cùm prodigiosa loquamur,
Vnum diuersis mentibus esse virum.
Scaliger eloquio Marcus, Maro carmine, Mauors
Armis, re medica Phœbus Apollo tibi est.

De Aeliana.

Placet de roseo cutis colore,
De sermonibus Æliana blandis.
Hanc pressim cupio deosculari,
Complexum edere, quæ latent videre.
Me vultus mea splendor applicantem
Ora ori gelidum timore pellit,
Et ne nòn velit ipsa, pertimesco.
Mecum deinde loquor, rogata nunquam
Negabit tibi, deuora pudorem.

Auri vis.

Corda puellarum fulgor nisi tangeret auri,
Omnis amans felix dulci in amore foret.

Auro emitur Venus, est hodie Venus aurea verè,
Lydorum iuuentis est maculata Venus.

Ad Annam.

Anna tui desiderio mens effluit, Anna,
Ægra fluit, sese nec cohibere potest.
Assumis fastus, & totum callida glubis,
Verto solum, figas tu nisi deinde modum.

Ad Lectorem.

Ne tangat lepidos, veto, libellos,
Quisquis nomina decolorat alba.

In Zoilum.

Fari μιασκορδου subinde zoilus
Obiectat, & iudicium facit
A versibus frons perfricata. si decet
Hominem æstimare à voculis,
Tristes hypocritas, loquentes de sacra
Virtute, credamus bonos.

Ad Verginium.

Valdè ampliari rem domesticam stupes,
In hos & illos cum profundas omnia,
Victoriato nũmulo beatus es,
Aurúmque profluit perenne Vergini.

Ad Susannam.

Perfidum qua me ratione dicas
Non ſat exploratum habeo Suſanna,
Pectoris noſtri crepitu probato
Pollicis ignes.
Maximè vt nolim, tamen vror intus,
Me rubor candore mouet rapitq;
Mixtus & fuſus, mouet & loquelæ
Gratia blandæ.

Ad Ruſticum.

Tam ſudum quereris Polúmq; ſiccum,
Et velles pluuia madêre, poſce
Poſce, Ruſtice, dolium Magorum.

Ad Albium.

Cepit te riſus viuentis imagine Rufa,
Albi, nec audes alloqui.
Alloquere, & charas accede interritus ædes,
Non arcet vllos oſtium.

In mollem.

Audire non vis Lydium & Phrygium ſonum,
Audire non vis Dorium.
Vis plumea lectum congerie turgidum,
Et cantilenam Ionicam,
Et menſam Siculam, Puellatoriam & tubam,
Sybariticos inter iocos.

Illecebræ Veneriæ.

Dulce rudimentum Veneris noua gaudia format,
Mense vno reges semideósque facit.
Senseris at propiùs postquam mala gaudia, dices
O Dominæ Veneris triste ministerium!

Ad August. Lancelinum.

Non vtor facili, non ad mea vota ministro
Carmine, Nasoni quod sua Musa dedit.
Non igitur video, cur me componere vati
Signifero cuperes, te nisi mouit amor.
Qui satis huic tanto tandem faciemus amori?
Te mihi coniunctum postera secla scient.

De Atlante Manzare.

Atlas Parisijs grassandi nobilis arte,
Et hirculo setosior,
Misceri in Venerem Ledæ cupienter auebat.
Rogata detestans scelus,
Glorior imprimis, inquit, rumore secundo,
Priuare quo me vis. tibi
Quære alias, non sum, qualem me credis. at ille
Tentanda, ait, alia est via.
Experiar, quid agat regina pecunia, quæuis
Cui difficultas peruia est.
Propinare nouas occurrit sueta puellas,
Lena, ex amantis commodo.
Salue, inquit, quæ per, Mater reuerenda, popellos,
Disseminas Cupidines,

Fac potiar Læda, mulcentibus allice verbis,
Et mancipa meo thoro.
Vt vincat, montes aurì promittit vtriq3.
Quid te moramur pluribus?
Viribus huc totis accingitur improba lena,
Distringit enses fraudium.
Decantat nympham verbis, & callida totas
Exercet artis machinas.
Mox accedit Atlas nocturna ad bella vocatus,
Curuatus & pronam super
Dedolat. heu coniunx interuenit. ecce repente
Thesaurus abditi mali
Promitur. illa nihil deterrita, furta colore
Furti obtegit. fur est, ait,
Mi vir, quem cernis, sublaturúsq3 latenter
Domesticam rem venerat.
Obuia furaci iam iam obluctabar, humi me
Prostrauit, vt vides, fugit
Atlas suspectus furti, furtiq3 decenter
Est criminatus nomine.
Arceat vt fures tandem bonus ille maritus,
Vxorium fundum colat.

Malignitas temporis.

Quos non lingua hodie bonos venenat
Morsu liuida? nunc boni, necesse est
Vt repagula conferant labellis,
Et fæcem nihili putent gregalem.

Si cui fidere forte concupiscant,
Vultus hos ego plumbeos cauêre
Expertus volo, pallidásque larnas.

Ad seipsum.

Ingenij hubertas ab humo te tollit ad astra,
Venisset studio gloria rara pari.
Bucera secla fremant, Huberti gloria crescit,
Æternum viuet, bucera secla fremant.
Bucera secla fremant, te triplex Gallia gaudet,
Et tua scripta legit, bucera secla fremant.
Bucera secla fremant, magnæ te diligit vrbis
Proprætor magnus, bucera secla fremant.

In Itæum, Musa loquitur.

Agrestis iste mulio, sæpissimè
Sordidula lotum deferentem lintea
Quem Picto cernit rustico tectum sago,
Idem est peritus iuris & legum omnium,
Medicus, poëta, rhetor, & lyræ sciens,
Accubuit alto theologus summus Ioui.
Nolo coquorum dicere esse principem,
Vna re Homero maximo simillimum,
Cæcus erat ille, noster hic parùm videt.
Vir iste tantus se poëtæ comparat!
Meo poëtæ! quem educaui à paruulo,
Atque anteponit, nomen eius vellicat!
Fæx barbarorum, merda, Spinturnicium,

Olénsq́ꝫ stercus se poëtæ comparat,
Atqꝫ anteponit, nomen eius vellicat?
Adeste Sorores, confodite vestris stylis
Odium hominum, sublimiúmqꝫ iram deûm.
Porrò autem ego moneo vos, qui hanc fertis luem,
Vt conuocetis celeriter medicos. satin'
Sanus videtur, imaginosum qui solet?

De Venere & Marte.

Accingens gladium Marti placitura, sinistra
Pulchra Venus scuti pondera vasta capit:
Quam cernens oculo corruptus vtroqꝫ Priapus,
Hæc sibi perpetua garrulitate refert,
Sumat inhumanus Mauortia tela satelles,
Conueniunt manibus spicula nostra tuis.

Ad Zachariam Gasteum iuris Pontificij Doctorem. Spicilegium Hendecacolon.

Si in me facultas esset vlla, aut copia
Dicendi, in primis Vir laudareris honeste,
Et bone, si qua bonum suscipit ora virum.
Illum non hominem sed pecudem puto,
Tibi qui meritas neget camœnas,
Priuare tanq̃ sidera lumine,
Aut Solem radijs velit.
Non desinam vnquam
Te vates metro ludere debito,

Quem Laurea ornat pulchra pontificum ſacri
Iuris & legum, niueiq; mores.

Ad Rablæſiũ, cũ eſſet in mõte Peſſulano.

Hubertus celſa medicorum languet in vrbe,
Pharmaca languentem nulla iuuare queunt.
Tu potes. haud vllo, ne fallat opinio, morbo,
Eſt deſiderio languidus ille tui.
Fronte ſerenabis dulci, penitúsq; recedet,
Qui toto mixtus corpore languor erat.

Ad Beatum Comitem.

Pridem Toloſam cogitans, te inuiſeram
Comes Nemauſum comis, aſpectu vt tuo
Beatus eſſem. ſpes non fefellit mea,
Cum oratione paueris melliflua,
Stimulóſq; laudum dederis acreis. hac iter
Idem relecturus, frui dulciſsimo
Viſu peroptaui. Beatior mihi
Videor futurus aure ſi rurſus trahes
Tibi ſacratum amiculum, tum alacrius
Peragam inſtitutum. gaudium vires dabit.

Diræ in Rotatilem.

Trahat Rotatilem in Gemonios gradus
Cadmus, vel illo ſi quis eſt crudelior.
Tunicam moleſtam perferat cum lamina,
Tedámq;, Robúrq; & Picem, Vngulam, Aſcias,

Et Runcinas: aut iactus è ſaxo cadat.
Centrona Centris torqueatur. fraudibus
Ab eo tot admiſſis fidiculæ premant,
Saxa obruant, Hiſtricis inſcribat cutem.
Immittat obſcœnis faces tortor locis.
Illum in metallum credo damnari leue,
Calcariámue, ſiue in ſulfurariam,
Ad gladium & Aulam, aut ſi quid eſt minus leue.
Virgator ante cædem, fuſtuario
Cedat, pedéſq; impediat anté neruulo,
Subuectat anchoram horridam capiti impio.
Paratilmos illum & trux manebat Icrion,
Cyphónq;, Tympanúmq; & Aporaphanidoſis,
Longéq; grauior pœna, quam dixi ſuprà
Iudex ſatis erit, nudus Archiuum occupet,
Et delibutus melle lactéq;, omnibus
Muſcis & apibus ſit famelicis cibus,
Præcépsq; ad Orcum in veſte fœminea ruat.

In obitum Pini Riuorum Epiſc. cum interfuiſſet eius funeri.

Quem Pini triſtem non vidi morte Toloſæ,
Siue ea docta foret, ſiue ea turba rudis?
Paſtorem caput infelix Eccleſia luget
Elatum, & cælo triſtia verba refert.
Iura magiſtratúſq; gemunt, ſanctúſq; ſenatus,
Et lento chordas pollice Muſa mouet.
Triſte viri funus plebs tam numeroſa ſecuta eſt,

Quàm saturæ pastu cum referuntur apes,
Infringens crebris spaciosa precatibus astra,
Vt benè consultum Manibus esse velint.
Hunc superi rapuere, catum qui voce iuuaret
Archada: nam superis non satis vnus erat,
Et consultarunt tempus, quo splendida florent
Secla poëtarum, non habitura pares.
Postea si superis cessisset, forte futurus
Tum nullus Pinum qui celebraret, erat

Ad Publiam.

E speculo tibi stulta, nimis blandiris, vt Accon,
Et non es speculi quod tibi imago refert.
Mentitur tua te facies: vt frigida palles,
Ardenteis flammas Publia, veste tegis.

Ad Ioseph. Buchetum.

Cum tuus argutos caput efferat inter olores
Eximia palmæ conditione, Pater:
Quem decuit potiùs laudes ornare Deorum?
Et canere æterno Gallica sceptra pede?
Nacta suum vatem princeps Lodoica triumphat,
Et pridem mundo nescit adempta mori:
Per quem formosæ, genialis turba, puellæ
Nunc vbi consistant, quódq; sequantur, habent.
Virtutum ratio non est aliunde petenda.
Si vis exemplum sumere, sume domi.

Ad Io. Baptiſtam Macedonum.

Cum tibi Roſſeti molimur dicere laudes,
Quod tuus, vt faciam, ſæpius inſtat amor:
Ipſe quòd à ſuperis conceſsit in ædibus, omni
Quas ſtudio raris amplificáſq; bonis,
Magnum opus omnino per omnia ſentio: amanti
Sed ſcitè dictum eſt difficile eſſe nihil.
Pareo. verborum pro maieſtate Sophoclis
Carmen adumbrauit, quo ferit aſtra Iouis:
In quo fucati medicamina nulla ruboris,
Virtutum ſimplex ingenuúſq; chorus:
In quo grandiloqui veſtigia tota Maronis
Impreſſa, & quod mens alta feráxq; poteſt.

Ad auditores Pictauicos.

Muſarum Iuuenes, animos educite campo,
Et mecum Phœbi ſolicitate lyram.
En alacer vobis magnos impendo labores,
Vos æquum eſt ductum, me præeunte, ſequi.
Imprimis voluiſſe ſat eſt, mihi firma voluntas
Inceſſit, ſpatio non peritura breui.
Subſiſtent vires, Augur niſi fallit Apollo,
Vitáq; præclaris antè peracta modis.
Eſt aliquid famam ſtudijs extendere, vita
Amiſsa æternos & retinere dies.
Eſt aliquid totum laudes proferre per orbem:
Quas Phœbúſq; pater, Pieridéſq; parant.

Fama licet ſuperet maiorum maxima, nunquam
Contenta eſt fama gloria vera patrum.
Diſcite, quò veſtrum poſsit quandoq; ſoluto,
Quandoq; & vincto ludere quiſq; pede.
Diſcite, quò per vos Respublica veſtra regatur,
Impete ne hoſtili naufraga facta ruat.
Per vos incenſi miteſcat iudicis ira,
Et per vos etiam iudicis ora fremant.
Nec pluris fuerit magnum decus vrbis Vlyſſes
Exiguæ, Pylij nec bona lingua ſenis.
Quamuis illorum celebrentur nomina chartis
Victuris, ſtudium laus magis ampla manet:
Seu libeat carmen certa deducere lege,
Seu placeant certo verba ſoluta pede.

De Elegorum venuſtate ad Puerum.

Quinq; Puer, meditare, Elegos ſcripture perennes,
Qui non piſciculis ſint piperiue toga,
Doctiloqui Hexameter verſus grauitate Maronis
Fulminet, hunc grauitas apta poténſq; decet.
Pentametro Naſonis erit faciliſq; fluénſq;
Dictio, non neruis ſpiritibúſq; carens.
Adſit, quo gaudent Epigrammata, Vatis acumen,
Dicendi formas à Cicerone petes.
Socraticis niteant bene verba ſonantia rebus,
Ad cultus aliud nil Elegia volet.

Tyrannorum infelicitas.

Damocles Siculo blanditus sæpe tyranno,
Illius immensas commemorabat opes,
Magnifcas ædes, maiestatémq; verendam,
Diuinum quiddam quòd dominatus habet.
Tum contendebat nullum magis esse beatum,
Cui Fortuna adeò larga feráxq; foret.
Degustare cupis, quia te delectat, eandem
Vitam? Damocli Rex ait: ille, volo.
In lecto cupidum Damoclem collocat aureo,
Textilia exornant stragula multa thorum.
Cælato splendent abaces auro atq; argento,
Materiam præstans exuperabat opus.
Ad mensam eximia pueros consistere forma,
Et promptos eius nutibus esse iubet.
Mensa exquisitis epulis instructa, coronæ
Atq; vnguenta aderant, & gula quicquid auet.
Præterea suaues incendebantur odores.
Damocles sortem crederet esse bonam,
Appensus seta nisi fulgens ensis equina
Pendêret supra prompta ruina caput.
Nunc itaq; egregios non aspicit ille ministros,
Ad mensam neutram porrigit inde manum.
Lapsa corona fluit. lachrymosa voce tyrannum
Orat, vt hoc liceat se remouere loco.
Tunc Rex inquit, abi, nec faustum dicito, sicui
Impendet, tristis nocte diéq; metus.

De tribus cognatis Io. Renato, & Michaele Quilinis.

Tres triplici ratione ſimul cognatio iungit,
Moribus, ingenio, conſilióq; pari.
Quæ ratio triplex primùm contraxit in vnum,
Vſu firmatus certiùs arctat amor.
Maior Ioannes natu, moderamine fratrem
Deducit recto, ſolicitéq; regit.
Auſpicio ductúq; minor maioris in auras
Euolat, egregium perſequitúrq; decus.
Horum cognatus cæleſti fonte Renatus,
Cæſaris in leges mentem animúmq; vouet.
O gens tum patruo, tum Præſide fauſta Quiſino,
Illius ſemper te decet ire pede.

Ad Sacerdotes, in oratione apud Nannetes habita.

O genus electum, Chriſti ſpecioſa propago,
Ardua dicturo lingua animóq; faue.
Regales ò ſacrifici, gens ſancta, fidelis,
Cælica, quam viuax ſpiritus intus alit,
Et populus, fuſo peperit quem ſanguine Chriſtus,
Hæredem fecit participémq; ſui,
Virtutes Chriſti totum cantate per orbem,
Illius in laudes quælibet ora fluant.
In lumen radians, admirandúmq; vocati
E tenebris, vobis cura ſit vna Deus.

Ad Suſannam Dulcem.

Peior apris mulier, tantum cognomine dulcis,

Cur toties nostro fugit auara sinu?
Cur mauult inter truncos fungósq; latêre,
Quàm mecum æterna laude beata frui?
Aut nomen muta, vel te meliore Susanna,
Vtamur: nimiùm nomen inane iacet.

Ad Sodales.

Ferri acies & nauis habent retinacula, parcè
Potemus, clauo dulcia vina carent.

De hasta salutari, ad seipsum.

Hasta salutis adest, inimicos despice motus,
Imbellésq; feras, hasta salutis adest.
Grando ruat, venti perflent, fremat aura, timere
Hubertum scelus est, hasta salutis adest.
Commoda quanta putas illinc accedere vati?
Articulos omnes commoditatis habet.

De Caco.

Cum Ioue fama refert bellum gessisse gigantes,
Et propè deiectum sede fuisse sua.
Eductis montes cumularunt montibus altos,
Aula Deûm gelidi plena timoris erat.
Quin metuunt superi? non addit Pelion Ossæ
Solus vt ætherea regnet in arce Cacus.
Non aries vllus, non mons adhibetur ab illo,
Non bombarda suis ictibus astra petit.
Vertice duntaxat Diuûm perrumpere sedem
Confidit. quid si vult adhibere manus?

De Publia.

Effugiamus , adeſt inſana: vocáſne puellam
Inſanam, quam tu dixeris eſſe bonam?
Eſſe bonam dixi, talem quoque iudico, peius
Eſt muliêre nihil, ſit licet illa bona.

Vtilitas iuris Pontificij.

Afflarat tetrum Boreas immanis odorem
Hæreſeos, Gallæ peſtiferúmq; plagæ.
Quotquot odor grauis attigerat, periêre, medelam
Nequicquam facias, omnia tacta necat.
Multorum ſenſim vitiarat corda, petebat
Auxilium in tantis Gallia mœſta malis:
Pontificum occurrit ſanctiſſima ſanctio, vellit
Funditùs hæreticæ culmina ſumma domus,
Radicum fibras, ne quando repullulet arbor
Peſtifera, extirpat, ſubſtituítq; rogo.
Auxilio iuris Diuini Gallia peſtem
Expulit, & Canonum ſana triumphat ope.

In Vatinium teſtem.

Eſurit ante fores pauper frigétq;, Vatini,
In molli potas vina vetuſta roſa.
Carne venenata caperis, matrona pudica
Diſplicet, vſque adeò te medicata iuuant.
Impleuit meritis orbem Seruator Ieſus,
Impleſti plagijs, funere, fraude, minis.

Non te debebat trux Hipponactis Iambus
Lædere? non Ditis te capere atra domus?

De Rotatili.

Tenellulo hœdo delicatior puer,
Audet viros lacessere,
Audet virorum suscipere opera ardua,
Sub pondere & statim gemit.
Audet viris obstrepere fœmina? negligit
Columbulos ales Iouis.

Ad Publiam.

Gulosa mœcha quære semitarios,
Indigna vatis amoribus.
Quicquid dedi esse non datum vellem: dehinc
Quod restat, ipse non dabo.

In Rotatilem.

Magnificè sese circunspicit, & nimio plus
Diligit exusto larua supercilio.
Effert se in cælum mulierum magnus adulter,
Quòd circunstantes putris odore necat.
Felix est quoniam muliebria conterit arua,
Fortunis Crœsos anteit atque Iouem.
Anteit. at Veneris nimio sudore frequenter
Potato, trepidis dentibus increpitat.

De Pingui amore.

Heheu quàm pingui macrescit pectus amore,
Corporéq; in solo turpiter hæret hebes.
Insulsissima nil Petreia sapit pueri instar,
Méq; capit, formam numen habere puto.
Sæpe fit vt vitare velim, méq; ipse reducam,
A contemplatu semoueámq; mali,
Deinde puer mollis supra caput instat amantis,
Et super exultans colla subacta sedet.

Ad Cineracium.

Artibus introrsum, deformi pelle, decori
Thesaurum vili cortice dissimulant.
Commendat multos etiam par forma Deorum,
Quos paribus formæ moribus esse vides.
Illorum numero te nullus habebit, agresti
Mentem onagri stupidam corpore nempe tegis.

De D. Catharina.

Dicatur dotata bonas Catharina per artes:
Dicantur festo carmina festa die.
Hanc licet ornaret pretiosi forma decoris,
Et staret tenero lætus in ore rubor,
Erecto Christum profiteri pectore virgo
Ausa, tua tempsit sæue Tyranne, minas.
Contra Fortunam constans obduruit omnem,
Et pœnas hausit firma poténsq; graues,

Vulneráq; alta bibit. potuit non squalidus illam
    Carcer, terribiles non superare rotæ.
Non poterant pœnis temerari pectora. gaudet
    Supplicijs, ac si gaudia plena forent.
Atq; adeò Christum eximio profitetur amore,
    Tunc cùm virgineo sanguine fumat humus.
Ergo agedū hos aditus ad Christū candide Lector,
    Ingredere, & fortis signa tuêre Deæ.

De D. Emerico Hungariæ duce.

Quanquam Pannoniæ regum de sanguine natus,
    Humanas tempsit dux Emericus opes.
Dulcem carpebant animantia cuncta quietem,
    Cum vigil in dura sæpe iacebat humo,
Cantabátq; Deo solenneis ordine versus,
    Aut expleta suis Cantica sacra modis.
Propter honestatem vitæ, quam puriter egit,
    A iusto accepit dona beata Deo.
Missus, vt exciperet monachos pietate micantes,
    Cum peterent Stephani regia tecta patris,
His pro virtutum cumulo dedit oscula: multa
    Nonnullis, alijs non ita multa dedit.
Tunc admiranti Stephano, causámq; petenti
    Respondit, meritis oscula digna dedi.
Maiores qui pro Christo subiere labores,
    Qui carnem subigunt, spirituiq; parant,
Pluribus excepti sunt, vt meruere, merenti
    Paucula, libaui suauia pauca Pater.

Cælesti constans in virginitate remansit,
Quamuis connubio necteret almus Hymen.
Suffragans votis vxor generosa pudicis,
Permisit proprio viuere more virum.


De sancto Huberto.

Huc pedem Nymphæ, Ioue nata proles,
Ferte, dum laudes canimus patroni,
Labra Musæo faciles lepôre
Tingite nostra.
Ille per syluas agitabat armis
Fulmine ardenteis violentus apros,
Et Polo ceruos caput efferentes
Cornibus altum,
Ecce per syluam attonitum vocando
Christus Hubertum, fuit in retortis
Cornibus visus, veluti sacrata
In cruce fixus.
Hoc merebatur pietas abundans.
Nomen Hubertas pietatis illi
Indidit, quali Deus expolitos
Nos velit esse.

Ad Lectores.

Versificatoris specimen Ludósq; videtis,
Pòst, filo versus vberiore traham.

Ludorum P. H. Sussannæi Finis.



Enodatio aliquot

vocabulorum, quæ in aliјs Di-
ctionariјs non reperiuntur,
aut ſi forte paucula, aliter
explicantur, Ex colle-
ctaneis P. H. Suſ-
ſannæi.

P.H. Sussannæus æquissimo apud Parisiorũ Luteciam Proprætori Ioanni Morino S. P. D.



Ondemnarer iniquitatis, Proprætor illustris & iuste, non cuiusuis quidem, sed summæ, nisi, quod in mea vnum est potestate, tuam erga me beneuolentiam, si non Rethoricè augerem & ornarem, scriptis saltem insignem vtcunque facerem. Qui enim contra naturæ studia sic obduruit, vt alterius in se merita gloriatione indigna existimet, non ille profectò ingenuè & elegãter educatus est, sed paulùm oppidò à beluis differt. Cùm itaque admirabilis tuæ humanitatis memoria moueret, cogitans propter singularem scientiã, virtutísque opinionem ad honorẽ maximum

fuisse te euocatum, & speciosissima disciplinarum cõpositione præditos summo amore complecti, meis me finibus tenere non potui, quin gaudium, quod absconditè inclusum in animo erat, exprομerem. Cuiusmodi gaudiũ nobis narras? inquies, Galliam omnibus felicitatis partibus expletã, Proprætorem Parisien. cũ genero Michäele Hospitali, & literis & literatis delectari, bonorum studia prouehere: quo nihil possent agere diuinius. Quis hominũ istud nesciebat? præter auditũ cùm nihil dudùm haberem, meos assensus firmè sustinui, donec propiùs tuã clementiã & affabilitatẽ intuerer. Tùm demùm famã magnitudini tuæ dignitatis cõparatã permodicam vel, vt rectissimè dicã, infra modicum esse cognoui. Hoc tamen antea non intelligebã miser, nec vnquam tam excellentis virtutis lumẽ mihi fortasse affulsisset, nisi tũ ingenij mei impetus, tùm inuidorũ calũniæ coegissent. Sed verũ esse cõperio multorum sermone tritũ prouerbium, homines iactura & pudore doctiores euadere. Hæc aliâs, re-

centiora ſunt paucis explicanda. Memini
Proprætor optime, domũ tuã honorificè in-
uitatũ ſub veſperũ veniſſe. Ibi te multis re-
peri circũfuſũ libris, ad quos, quãtũ Reſpub.
tribuit otij, ne quid ei detrahas operæ, potiſ-
ſimùm cõfers. O felices tali magiſtratu Gal-
los, qui ducẽ ad honeſtiſſimas actiones ha-
beant, ciuilis officij nõ ignarũ, & ad artes ele
gantes & ingenuas profecturũ. Ex hac igitur
liberali & illuſtri animi tui affectione tibi
operis dedicandi cupiditas noſtra naſcitur.
Nã cuius auſpicio tutiùs in manus hominũ
veniat, & autorẽ à venenato ſtultorũ et bar
barorũ morſu vẽdicet, nõ video. Nõ defutu-
ros certiſſimò ſcio, quid poſt tot Dictionaria
tentare audeã, qui tacito ſuſurro interrogẽt,
quaſi nõ fuerit feliciſſimis quibusq; ingenijs
ſẽper cõceſſum, vt in eodẽ verſarẽtur argumẽ
to. Vale, è collegio Coquerettico.

Enodatio aliquot

vocabulorum, quæ in alijs Di-
ctionarijs non reperiuntur,
aut si forte paucula, aliter
explicantur, Ex colle-
ctaneis P. H. Sus-
sannæi.

A

Abax, *præter vulgi sermone tritam significationem, vas coquinarium denotat.*

Abij, *diu viuentes, vel qui legibus vtuntur & politia, aut qui arcubus non vtuntur, aut qui multum possident victus.*

Abydena, *appellari possunt futilia.*

Abydocomæ, *sycophantæ.*

Acæna, *virga exagitandis bobus accommoda, vel instrumentum pedum decem, ad dimetiendos agros.*

Acceptabulũ, *quod alij* Acetabulũ *dicere malũt, q̃ recte, ipsi viderint, significat, vel vasculum, vel caliculum vrinalem peluis modo, vel heminæ quartã*

partem, id est, drachmas quindecim, vel pyxidem, vel os venarum & arteriarum, quod fert ad vterum. Communis opinio habet heminam dimidium sextarij esse, & acceptabulum ex octo & decem drachmis constare.

Accubitale, stragulum, aut stratum.

Acesodinum, quod dolorem sedat.

Accubita, æ, culcitra & focale.

Achne, minuties ab excussis prouolans spicis, vel aspergo maris.

Aconitum, vas non illitum, quod calido dilutum humore aquam in se trahit.

Acoste, ordeum.

Acratocothonæ, merum haurientes vbertim.

Acrepala, ebrietatem prohibentia, Adipsa, sitim.

Acrisiodicæi iudices, exacti, vulgo rigidi. Mesiodici, qui ex æquo & bono arbitrãtur. Epijces, Lesbia norma metientes.

Acroteria, mediana, angularia, statuæ, quæ in ædificiorum ratione, in angulorũ summitate astituuntur.

Actis, vas in quod iaciuntur oboli.

Adephagus, equus plenior perfectiórque, vel cibi capacioris homo.

Adiopi, qui carent principe.

Aduentitia cœna, principi aduentanti aut amico apparata.

Aduentoria epistola, quæ aduentãti mittitur amico obuia.

Aduentores, *qui ad cauponas & meretrices diuertunt.*
Aeganea, *iauelot legier.*
Aegis idis, *rete ex coronis contextum, nimirum laudis.*
Dij Agyi, *vestibularij, in semitis viarum stantes.*
Aelij, *quibus duæ nupserunt sorores.*
Aelopes, *accipenseres.*
Aenos, *apologus vel prouerbium. Est enim Aenos, consolatorius & Paræneticus, admonet enim & docet.*
Aephesis, *vel* Eccletus, *tralatio à foro i aliud forũ.*
Aesar, *Deus, Ethrusca lingua.*
Aestiuus annulus, *materiæ leuioris, quoniam leuissima quæq; æstiua dici possunt.*
Aestiua, *loca frigida & opaca ad calorem arcendum: inde,* Aestiuare.
Aethnæus, *magnus.*
Agonia, *liberorum & exors generandi facultas, vel ea, quæ vita functis prolibantur, vel ea quæ Numinis incussit indignatio, vel quæ ad ludos & spectacula spectant.*
Agorastes, *obsonator.*
Agraphij *crimen, cum quis ex tabulis publicis ante persolutionem suum expunxisset nomen.*
Agrippus, *olea syluestris.*
Alba, *sceptrum & fasces, quo noxiæ striges propellerentur.*

Alietus, *haubereau.*
Aliterij, *sycophantæ.*
Allactum, *lignum vtrinque cauum, quo gestantur onera.*
Alogij crimen, *cum quispiam neglexerit rationem reddere in magistratu gestorum.*
Alopecades, Panurgos, *vulpio, vafer, synonima sunt.*
Alopecia, *vulpium lustra.*
Ambones, *loca superciliosa montanáq; vel ollarum summitates.*
Amidæ, *matulæ.*
Amphannotæ, *qui iure belli in seruitutem reciderunt.*
Amorgis, *lini species.*
Amphicyrtus, *bossu deuant & derriere.*
Amphimaschalus, *vestis manicata, vel seruilis.*
Amphotides, *vasa quædam ab auribus dicta, vel aurium integumenta.*
Amphotum, *vas vtrinq; ansatum.*
Ampix, *aurata cathena setas vinciens equinas in frontis ambitu.*
Ampron, *aratri funis inter vtrunq; bouem temonis vice protensus.*
Anabole, *tempus dilationis, vel noxa.*
Anacalypteria, etna, opteria, *vel* diaparthenia, *munera quæ vir & domestici atque amici contribuunt nuptæ, cum primum retecta se visendam præ-*

bet, vel donorum dies.

Analectæ, *qui lectione multa exercitati, memoria sunt firmissima.*

Analectides, *quibus ex xylino lino, vel quauis materia, tanquam puluillis constipant scapulas prominentes puellæ, vt videri habitiores possint.*

Anaphysemata, *spiritus qui de fundo vel hiatibus terræ explosi ad superna maris deueniunt.*

Ancteres, *colli portiones, quibus maximè præfocationis occasio inest, vel fibulæ quæ vulnerum oras impositæ paululum contrahunt, quo minus lata pòst cicatrix sit.*

Ancyle, *præter vsitatam significationem, iaculi vel poculi genus, & cubiti curuatura.*

Andemachi, *qui cominus pugnant hasta vel ense.*

Angari, *seruituti publicæ mancipati, vel regum nuntij, vel operarij, vel baiuli.*

Angaria, *inuoluntaria necessitas, & quod violenter iniungitur.*

Angones, *teli genus.*

Anemona, *papaueris species.*

Annus vertens, *seu magnus, continet xij. millia & nongentos liiij. annos ex opinione Arabum mathematicorum. Alij complecti volunt xv. annorum millia. Alij xxxvj. millia. multi mille quadringentos & sexaginta. pleriq; singula tria millia.*

Anthemis, *camomille.*

Antheron, *mentum in quo efflorescit barba.*

Anthropea, *humana pellis.*

Antianche, Paleanche, *inueterati faucium tumores, quiq; discuti non possunt: quasi obluctans obsisténsque præfocatio.*

Apastia, *ieiunium.*

Apheteria, *machines pour assieger les villes.*

Aphrodysium, *Iusiurandum vanum & momenti nullius, quasi Venerium.*

Aphthæ, *oris vlcera, quibus infestantur pueri.*

Apiros, *tunica sine exitu, qualis fuit oblata Agamẽnoni redeunti è bello Troiano à Clytẽnestra vxore, vel anulus vel incoctum.*

Apocopi, *Chastres.*

Apogea, *nauium retinacula.*

Apollidæ, *serui viles, qui sine ciuitate in opus publicum perpetuò dantur, in insuláśq; deportantur.*

Apomagdalia, *id quod est in pane molle ac pinguius, in quod absterso obsonio ipsum canibus abijciebant. Eras.*

Apondectæ, *qui vectigalibus præerant.*

Aporetici, *tousiours doubteulx.*

Apostasium, *iudicium aduersus ingratos libertos, & à patronis deficientes.*

Apotragemata, *tragematum reliquiæ.*

Aptatores, *ad subiectas ciuitates mitti soliti cum magistratu.*

Aquarioli, *qui vxoris stupra æquo animo ferunt.*

Aquarius, *qui aquam circunfert venalem.*

Aquiminaria, *instrumenta ad abluendas manus.*
Arabarches, *mollis, effœminatorúmque princeps.*
Arbutus, *sauuageon.*
Arcarius *seruus, qui domi arcam curat, & rationes.*
Lecti Archiaci, *Beotici, humiles.*
Aretia, *terra.*
Argas, *qui præter annorum rationem sapit.*
Arguti, *qui prærapidè multúmque loquuntur præter vsitatam significationem.*
Artoxia, *panarium scalptrum.*
Ascarides, *lumbrici minores, vermibus similes.*
Ascoliasmus, *saltatio Bacchi, dicata festis quæ vocant Ascolia, quòd theatri medio vtres inflatos obunctósque vno tantum insilirent pede, vt delabentes risum excitarent.*
Asistatos *disputatio, incōstans, instabilis, vt somniauit quidam ne somnijs crederet. Fortunatianus.*
Asphalia *munimen, securitas.*
Aspidisci, *breuia scuta, & in scuti modum orbicularia ornamenta.*
Assertio *secunda, ad veterem manumissionum morem spectat: scribit enim Valerius Athenis institutum memorabile seruatum, vt ingratitudinis conuictus à Patrono Libertus, libertatis iure exueretur. Ab eodem item refertur Massilienses treis in eodem manumissiones rescindi permisisse, nec quarto errori subueniendū putasse. sed & Romæ solitam adimi quandoque libertatem, testatum in digest. lib. xl. nisi malis vnam ean-*

démq; rẽ intelligere apud diuersa tractatã tribunalia.

Aſſiduus, qui pluribus aſſibus & fortunis foret locuples, vel vt Cicero ait, ab aſſe dando.

Aſtachus, vrbicus.

Aſtanda, tabellarius.

Aſteropœus, vtraq; manu pariter vtens.

Aſtrabelate, chartier.

Aſtrabe, aſne, ou mulet, ou iument, vel mulus doſſuarius.

Athenæum, auditorium.

Atheres, ſpicæ degeneres.

Atlantes, imagines hominum columnas ædium ſulcientes, aut ipſa ædificia.

Atlas, vltima colli vertebra dicitur, quia onus ſuſtinet.

Aula, ſubdialis locus, qui flatum recipit.

Aulos, tibia, per quam commeat ſpiritus, & ſanguis è naribus torrens, & quælibet figura in rectitudinem productior.

Aurigo, morbus, iauniſſe.

Authores ſecundi, apud Vlpianum fideiuſſores intelliguntur.

Autolecithi, ſtrenui, paratiq; ad omnia obeunda vel patienda, vel pauperes, vel ad erogandam pecuniam procliues, vel qui per ſe omnia procurant, ac faciunt.

Autolechyti, menſales amici.

Automata, temere fortuitóq; euenientia.

Automati, Autocleti, *qui non vocati ad cœnam pergunt.*

B

Bacchus, *piscis nomen, quem* Chellarem *vocant & Oniscum.*

Balantiotomi, *coupeurs de bourses.*

Bascania, *ridicula quædam à veteribus fabris ferrarijs ante fornaculã appẽsa, inuidiæ auertendæ gratia.*

Batalus, *pudèndorum pars quæ honestè satis nequit enuntiari, vel parum vir, mollis & exolutus.*

Batus, *piscis, vel mollis, & delicatus.*

Batyli, *corporis pusilli fœminæ veterum sermone dicebantur.*

Batrachis, *vestimentum floridi coloris.*

Betizare, *languêre.*

Blaci, *delicati & molliculi, vel stulti & fatui, à pisce prorsus inutili, siluro persimili: quem ne canis quidem attingat.*

Bochus, *genus retis, latine funda.*

Bolona, *piscis, quem aciculam vocant.*

Bombacion, *cotton, mesche.*

Bomolochi, *mendicabula in templis stipem corrogantia, vel tibicines, vel vates rebus diuinis adhibiti, vel scurræ.*

Brabeatæ, *magistri ceremoniarum, græce,* Mastygophori.

Brachynotus, *à dorso contracto dicitur.*

Brutiarij, *Romæ dicti: quorum opera, velut seruorũ*

magiſtratus vtebantur.

Burburicarij, qui auro, & varijs filis hominū & aliarum rerum effigies exprimunt.

Byſauchen, cui ad collū humeri ſunt contractiores, vel qui collū cōprimit, ſurſúmq; protrudit humeros.

C

Cadus vel cadiſcus, vas in quod cōijciūt apomagdalias, de quibus ſupra.

Calamaules, calamo incinens.

Calix diatretus, vas torno politum, & detornatum.

Callæi, gallinaceorum barbæ, Callia, ſimia.

Calyrice, affabilis mulier.

Calumbum, viride.

Camelaucium, galericulus, quia calorem defendat.

Cametypeion, ſcortillum quod humi decumbens, inſcenditur.

Mercurius, Hetruſca lingua Camillus dicitur, quaſi miniſter Deorum.

Campeſtria, latinum verbum eſt, ſignificátq; braccas, ex eo dictum quòd iuuenes, qui nudi exercebantur in cāpo pudenda operiebant. D. Auguſt. Afer. non ignoro ab alijs Dictionarijs hoc vtcunq; attactum, ſed volui fontem oſtendere.

Cādili, cōdimēta ciborū ex melle & lacte cōcinnata.

Canonia ligna in nauibus, quæ cataphractæ vocantur, & cataſtromata, id eſt pauimenta ſuperiora habent, ligna ſunt quibus tabulæ incumbunt.

Canthærioli in cepinis, ſunt munimēta ceparum ne

thalli earum ventis prosternantur.

Cantharus, *ornamentum muliebre.*

Canthus, *pars communis superioris inferiorisq; palpebræ, quem duplicem habet vterq; oculus, alteram iuxta nasum, iuxta tempora alteram.*

Capillamentum, *faulce perruque, vocamus etiam* Caliendrum, & phenacem, & *hoc quoq; ab alijs, sed aliter.*

Capillare, *vnguentum ad capillos excogitatum.*

Capilli *inaffectati, nulla decoris affectatione exculti, contrariæ significationis affectati.*

Capnomantes, ex *fumi disiectione super aras futura captans.*

Capnosphrantes, *fumi olfactator.*

Capsaces, *iuitte, vaisseau a huille.*

Carda, *virile ac bellicosum,* Cardaces, *milites vel impij homines, vel fortes furacésq;, à Caribus.*

Cardopus, *arca panaria.*

Caroticæ, *venæ que in collo sunt, quas si quis comprimat, corruat homo dormienti similis, sequatúrq; totius corporis immobilitas.*

Cartegum, *grain de bouif.*

Cartibus, *vel* Cartibulus, *mensa lapidea quadrata, oblonga columella suffulta.*

Caryceumata, *salsa placentis inspergi solita.*

Caricia, *iurulenta dulcedo.*

Casaluades, *meretriculæ: quòd sibi absentes aduocét, præsentes reijciant.*

Lecaſtriæ, Caſorides, *ab indecoro ornatu meretric.*

Caſia, *genus mellis in harundinibus.*

Catacliſta, *veſtis vndiq; clauſa, qualem ſacerdotes in ſacrificali pompa induunt.*

Cataphora, *lapſus in ſoporem.*

Catharſia, *porculi minutuli, quibus cõciones & theatra luſtrabantur.*

Cathetor, *chirurgicũ inſtrumentũ imagine quadã ſ ſiteræ, quod per vrethram intruſum vrinã proiicit.*

Centra, Encentrides, *inhærẽtes calcaneo ſtimuli, quibus excitantur equi, vel quibus fures per parietes obrepunt.*

Centro, *conuitiator.*

Centronæ, *fures manifeſtarij, quòd illis centra, id eſt, ſtimulos admouerent.*

Centrotypi, *qui ſtimulis equos agitant.*

Centrum, *ſtraguli genus ex diuerſis conſarcinatum, quod iumentis inijcitur.*

Ceramicus, *extra Athænas ſepultura, ĩtra muros diuerſoriũ ſcortorũ, cui nomẽ Caſalmo, Romæ ſũmœniũ.*

Ceramon, *Cypriorum carcer.*

Cercis lignea, *aratri radius, qui in iugi foramen immittitur.*

Cercus, *quaſi cauda leporis, qua lippitudo extergebatur piſo molliori.* Cerdoſyne, *aſtutia maximè fallẽs.*

Ceroplaſtæ, *ornatores comæ.*

Cericium, *præconium.*

Ceſtreus, *piſcis, quem latini Mugilem vocant.*

Cestra, *stimulus, vel stylus.* Cestron, *genus teli missilis inuentum Persico bello.*
Chalce, *purpuram significat,* Chalceum, *ex ære vas quodlibet,* Chalcotypus, *plagam illatam ferro.*
Chamelæ, *vngulæ equorum pleniores carnosæq;.*
Charadra, *terræ fissura quam aqua pluuia, aut torrens, nonnunquam terræ motus efficit.*
Charax, *pedamentum, siue ridica.*
Chelidon, *vngulæ cōcauitas, vel pars supra cubitū.*
Chelonophagi, *mengeurs de limacons.*
Chiæ, *serpentum latibula.*
Chiræ, *rupturæ in pedibus.*
Chlunis, *exectus, eunuchúsq; aper, vel sus impunè in agris pascens.*
Choæ, *mortuorum libamina, quibus pretiosissima quæq; infundebant, vel ollæ.*
Chonæ, *infundibulum.*
Chrematismus, *oraculum siue responsor.*
Chresiomates, *peritus, gnauus, qui vsu concalluit.*
Chrypsicolus, *qui iram dissimulat.*
Cibdelia, *argenti sordes vel impostura.*
Cillones, *cynædi & turpiter ceuentes.*
Cimbices, *minima quæq; plurimi facientes.*
Cimeliarchium, *sanctius conditorium rerum toto orbe eximiarum. Iustinianus.*
Cinadus, *vulpes, vel paruum animal genitalia nūc proferens nunc retrudens.*
Cinclidæ, *valuæ duplices aut foramē, quo immittitur clauis.*

Cinclidarij, quibus Archiuum est curæ, præsertim ne quibuslibet ad libidinem pateat ingressus.

Cinnabeuma, exemplar ad cuius imitationem effingitur aliquid.

Cirrus, fuluus.

Clision, seruilis domus, vel locus in quo tectæ custodiuntur oues. Clisiades, portes doubles.

Clitorium, vel sacandarus, muliebre pudendum.

Clopia, saltationis species.

Cocalia, animalia, quæ testa côteguntur, sicut limaces.

Cochone, pars infra pudenda, quæ coxis interiacet.

Coclea, præter vsitatam significationem, lapis ex flumine rotundus.

Codicariæ naues, quæ cômeatum subuehunt.

Codones, des sonailz derain, qui pendent aux ornemens des cheuaulx.

Cœnæ Deorum, quæ sunt citra vllâ solicitudinem.

Cohors apud græcos tâquam firmissimum robur ex cccc. militibus fit. Apud Romanos præter miliariam & quingentariam etiam ex cc. militibus. Primùm Syllæ temporibus descripta est. vel etiam Cohortes ex cccccl. peditibus, equitibus. lxvj. constabant.

Coitio, conspiratio seu confœderatio, quæ inter candidatos plerumq; fiebat.

Collybus, id quod permutatione pecuniæ deperit, vel cum aurum argento mutamus.

Colonarij, rusticæ tribus, vel humiliores homines.

Coloni, terrarum supercilia ac promontoria.

Colluria, *ſagana*, Coluron, *imperfectum.*

Colyſyndipni, *cœnaturis morā inijciētes, & accubitum inhibentes.*

Collyrides, *panes diminuti prætenuéſq;*, Collyra, *minutus, qui puerulis offertur, panis.*

Comeſsatio, *conuiuium ex ſymbolis comparatum, græcè* Phiditia, *Ariſtoteles Polit.2.*

Comos, *ornatus, cum arte quadam ſucciduntur capilli detondentúrve.* Comos, *etiam commeſſationem notat, vel Ebrietatis & Intemperantiæ feſtum.* Comoſtica, *medicamenta venuſtandorum capillorum.*

Comoticon, *curioſus capillorum cultus.*

Comotria, *quæ mulieres adiuuat, delicias implicando excolendóq; venuſtius.* Comotrium, *muliebre inſtrumentum ad excolendum caput comparatum.*

Conabus, *phiala ænea, aut peluis.*

Concinnator *litium, qui in longum cauillis ducere nititur.*

Condere orbem, *fundare, conſummare, ampliare, vel reparare, vel reſtituere.*

Condulus, *de à couldre.*

Coniſtra, *paleſtra.*

Coni, *munuſcula, quæ pueris dabantur apta ætati.*

Conus, *inſtrumentum piſtorium.*

Conquiſitores, *qui delectui præſunt, dimiſſiq; ſunt ad conſcribendos milites.*

Copis, *lanij culter.* Copides, *curui gladij quadam falcis imagine.*

Coprophori, *qui fimum aut ſtercus ferunt.*
Cora, *virgo forma conſpicua, & nauis primū in aquā coniecta, vel pupilla in oculo, vel impedimentum ſiſtens profluuium, & numi ſpecies.*
Corema, *ſcopæ.*
Coryza, *ſpecies grauedinis, quæ nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam mouet, ſub eadem ſalſa eſt ſaliua, ſonant aures, venæ mouentur in capite, vrina turbida eſt.*
Corone, *arcus extremum, vel ſumma virilis pars membri.*
Coronis, *montis vertex, aut ſtructuræ ſummū quod in fine ponitur, vel puppis nauis, vel ſpecies ficus.*
Coroplathi, *qui puppas neſcio quas pueriles, & id genus imagunculas quorumcunq; animalium ex luto parte plurima, ſed & ex alia interim materia fingūt.*

Corui,		*Theſſalorū, vnde prouerbiū, ad coruos.*
Lethe,		*Perſarum.*
Theſaurus,	Carcer	*Meſſeniorum.*
Barathrum,		*Romanorum.*
Domus,		*Athenienſium.*

Corymba vel Acroſtolia, *ſumma omnia, vel nauium vertices.*
Coſtilla, *godet, vaiſſeau a boire.*
Cothoniſmus, *ebrietas.*
Cotyla, *pars manus caua.*
Cottabiſis, *cōuiuialis ludus, quo quod ex potu ſuper-*

erat, in peluim iactabant, sonum elisuri.

Cotylæ, cauitates pedum.

Coualus, qui lusu assimulato fallit, vel parasitus, vel blatero, hallucinatórq;, vel prædo, vel sicarius.

Cremathra, vasculum pensile, in quo obsoniorum reliquiæ consueuerunt reponi, vel calathus rusticanus ex virgis salignis contextus. dicitur & Telarus.

Creodochum, vaisseau a serrer la chair.

Crepala, capitis lucta, & agitatio.

Crepale, vinolentiæ tremor.

Cribanoti, panes in clibano cocti.

Cricus, anulus. Thorax Cricotus, collet de maille.

Crion, ou on coupe la chair.

Crocula, fluminum calculi, lapilli've.

Crocodismus, amas de paille.

Cronippum, magnæ nugæ.

Cronia, vetustate prærancida & insipida, prorsúmq; fatua vel concreta, vel nugalia.

Crononia, locus vbi habentur lilia.

Crotalum, calamus scissus propriè, sonum efficiens siquis verset manibus: vel instrumentum Musicum, quo in Deorũ ceremonijs vtebãtur Ægyptij, vel plaustrum resonans, vel anulus ex ære, qui ferreo quatitur baculo. Eustathius ait ligno & ære concinnari Crotalum.

Crotaphus, pars oculo interiacens auréisq; & verticem.

Croton, musca canina.

Cruciarius, *qui tollitur in crucem.*
Crucium, *vinum insuaue, & nimio plus austerum, aut asperum.*
Crupellarij *milites, quibus continuum tegmen erat, ictibus impenetrabile.*
Crypsinus, *qui mentem cælat dolosè.*
Cyamissare, *i puellis adultis virũ appetere dicitur.*
Cybistæ, *aleatores.*
Cylibantum, *vinaria mensa rotunda.*
Cylinæum, *poculorum repositorium.*
Cymbachus, *qui in caput saliens, crura tenet surrecta, vel galeæ summum.* Cymbe, *caput.*
Cynulchus, *qui secum canes ducit.*
Cynalopex, *lasciuiusculè se ornans.*
Cyndalismus, *ludi genus, quod clauis exercebant.*
Cynna, *scortum.*
Cynosbatus, *canis rubus.*
Cyphaleus, *incuruatus.*
Cyrbus, *locus vbi venduntur mancipia & reliqua venalia.*
Cyrthus, *vas piscatorium.*
Cyttara, *strobilia in pinu primùm florentia.*
Cyttarus, *sublimis cæli pars, & cauitates in fauis, & quibus insident, & in piceis nucamenta callo squãmatim compactili.*

D

Daer, *mariti frater.*
Daulus, *densus.*

Decas, *Spartæ carcer.*

Decatones, Decatentæ, Decatelogi, *qui decimas exigunt.*

Decurio, *qui decem equitum turmis præfectus militabat.*

Delphax, *porculus lactens.*

Delphin, *instrumentum erat nauticum, tum plumbeum tum ferreum: quod in bello nauali pendens ex antenna, vbi sese ostendisset occasio, in hostileis naues demittebatur deprimendi causa. Erat enim animalis figura compactum, vnde nomen.* Delphinis, *mensa poculorum.*

Dentes Tomei, *anteriores qui in meditullio sunt constituti.* Gelasini, *quia inter ridendum retegantur.* Gelasinus *etiam corrugatio circa os inter ridendum expressa, dicitur.* Dentes Gomphij, *molares.*

Diagramma, *geometria quadrangulis, siue titulis delineata, vel edictum aut decretũ, vel merces quam ex præscripto quis capiat, & ingruẽte bello cũ ratione census ciuiũ singulis præscribebatur, quid cõferendum foret: cui rei præfectus* Diagrapheus *est dictus.*

Diagrapharius, *qui publica repetit.*

Diarectus *dies, malus per Antiphrasin.*

Diatretus *calix, vas torno politum & detornatum.*

Dicelon, Hecatæa, Empusæ, *immissa ad terrorem dicebantur.*

Didymaones, *gemini diuaricatis seiunctisq; corpo-*

ribus. Didymi, *gemini cōiūctis cōnexiſq; corporibus.*

Dinaſtæ, *domini, qui plurimùm pollent.*

Diphthera, *pellis capræ cæleſtis, in qua ſcripta erāt fata.*

Dipſetica, *quæ augent ſitim.*

Diræ, *collū ſuperius, vel in anguſtū deſinēs prominētia, ſuperciliúmve.* Dirades, *inæqualia & aſpera.*

Diſcœlij, *quibus difficulter it aluus.*

Dithyrambi, *canebantur in honorem Bacchi, qui & ipſe* Dithyrambus *dictus eſt: quòd bis natus velut è duabus ianuis prodierit.*

Dona Epaulia, *munera quæ ſponſæ pater poſtridie nuptiarū ſpōſo præferebat, vel* Epaulia, *dies ſecūdus à nuptijs.*

Doridæ, *menſæ coquinariæ.*

Dorixeni, *qui belli occaſione multorum hoſpites fiunt, vel ex hoſtibus amici.*

Drachmæ, *centum denarijs argenteis æquantur, qui libram efficiunt.*

Dupondij, *primi anni auditores.* Dupondius, *quæſtus erat diobolarium meretricum.*

E

Ebal, *aceruus lapidum.*

Ebulus, *ièble.*

Echetle, *rectum lignū aratri, quod inter arādum manu continet arator, túmq; aratrum promouet.*

Ectrapelus, *qui plus iuſto creſcit. extat apud* Dictionaria *cætera, ſed aliquantò obſcurius.*

Editores, *ſpectaculorum exhibitores.*

Eetrimma,*seruiette a torcher les mains.*
Effata,*augurum preces.& hoc aliter.*
Eleatri,*cibario præfecti ministerio.*
Eleos,*mensa coquinaria.*
Elutron, *crusta pennas superueniens, quasi vagina inclusas, vt in Scarabeis.*
Elutriatum *vellus de vase in vas translatum.*
Elyma,*pars aratri cui inhæret iugũ, vel quod Gyæ infigitur adaptatúrq́ʒ, in quod vomer immittitur, qui Hinnis dicitur.*
Embãma,*quod & ab alijs vtcũqʒ, nos recte explicabimus, si dixerimus contritos sapores esse ad excitandum acuendúmqʒ stomachum, aut acetum coagulatum, quod vino dilutum aut aqua, aceti saporem habet.*
Empusa,*quę quęstus gratia quiduis & facit & patitur.*
Encryphium,*gasteau en latre.*
Encyclia, *spectacula.* Encyclius,*in ordinem redactus, inter viles & abiectos numeratus.*
Encyclora,*machina lignea subiectis rotis.*
Engastrimythi,*ventriloqui.*
Epænos,*sermo laudatiuus·vnã actionẽ laudans.* Encœmium,*multas in vno complectens actiones.* Epænus *etiam oratio virtutis magnitudinem explicans, vel testimonium de aliquo à singulari virtute.*
Ephestij,*indigenæ ciues, vel Dij Penates.*
Ephialte,*vis externa quædam quiescentes inuadens & pondere suo pressos ac sentientes grauans, vel Incuborum suffocatio.*
Ephthopolæ,*chaircuictiers.* Ephthopolium, *ou*

on vent la chair cuicte.

Epicalymnata, cãcrorũ loculosa rugosáq; opercula.

Epicephalia, tributa, quæ viritim imponi solent.

Epici, Heroici carminis authores.

Epicopanon, mensa coquinaria.

Epidorpismata, Metadorpïa, Epiphoremata, Epitrapezomata, tragemata, bellaria, secundæ mensæ missus.

Epinicia, epulum victoriale.

Epiphyllides, Botrydia, botryũculi maioribus incũbentes vel ab alijs sequestrati, quia folijs obtegãtur, vel quæ adnascuntur palmitum cacuminibus in superna foliorum parte.

Episcopi, Phylaces, quos ad sibi subditas obnoxiásq; ciuitates mittebãt Atheniẽses, spectatũ quid in quaq; fieret, vel pani, & cæteris rebus præfecti, quæ ad quotidianum spectant victum, vel certaminum præsides.

Episemasiæ, gesticulationes. Epision, muliebre pudendum. Episitij, qui cibi gratia subseruiunt: & quæ in alimoniam dantur.

Epistigma, subscriptio.

Epistomia, qualia tonsores habent in vasculis pensilibus capiti abluendo, & instrumenta quibus á vasis vina educimus, vulgo Cannulæ.

Epitecta, aduentitia, non ingenita nec propria.

Epithema, additamentum.

Epixenum, stipes, super quem carnes concidere cõsueuerunt coqui. Erasm.

Epolium, *grex caprarum.*

Epomis, *apud* Erasm. *significat capitium magisterij, notat etiam ceruicem.*

Epinyctis, *vlcus aciem hebetans, & in angulo oculi humor perpetuò emanans.*

Eremodicium, *iudicium, cum quid reo absente in disquisitionẽ venit, superq́ue iure cõtrouerso mota lite, solus actor nullo se opponẽte exercuit, cõtráq́ue reũ indicta causa, lis data est: sic autẽ à solitudine appellatur.*

Eschar æ, *pudendorum muliebrium labra.*

Ethopœia ab Idolopœia *differt, quòd hæc sit imitatio morũ personæ notæ sed mortuæ: illa, oratio personis apposita contributáq́ue subsistentibus, & morum imitatio persona subiecta. hoc nõ ita luculentè ab alijs.*

Euochiæ, *publica conuiuia.*

Exanthemata, *pustulæ quæ circa totũ corpus quasi ex vrticæ contactu nascuntur.* Plin. *libr.* xx.

Exceptio, *cautio apud* Cicer. Excipere, *cauere.*

Exceptus, *fraude circunuentus, apud* Vergil.

Exchalciare, *ære spoliare ac numos auferre.*

Excretus, *validior, apud* Vergil.

Excuneati, *qui à sedibus exclusi facto toto theatro stare coguntur.*

Exedra, *cubiculum columnis fultum, & epistilijs pluribus, excisis spatijs, quibus prospectus in viam est, aliquando sub* Dio, *aliquando sub tecto.*

Exterricinei, *ante tempus nati, tanquam eos mater exterrita aluo eiecerit.*

F

Falor, *mœror.*

Fatum, *æterna rerum ſeries neceſſario cohærētium.* Eraſ.

Ficatum; *foie, dur des trippes.*

Fiduciam habere *dicitur, cui res aliqua mancipatur, aut creditur, vt haud multò poſt illam mancipanti reddat.*

Focalia, *à faucibus, colli ornamenta.*

Forulæ, *aditus caueæ, apud Statium.*

Fratillus, *frange de tapis.*

Fratriæ, *magna apud Athenienſes erat ſocietas inter eos, qui vno puteo vtebantur. vnde &* Fratrias *dixerunt, quas nos* tribus.

Fringilla, *auis querulæ vocis.*

Fringultire, *præpeditè ac obſcuriùs verba enuntiare.*

Fritilla, *cibus, friteau.*

Fugillus, *fuſil à iecter feu.*

Funales equi, *qui funibus alligati currum triumphantis traherent: in quibus ingenui pueri ſedere ſolebant: vel quòd in his inſiderent, qui funalia præferrent, & faces iuxta triumphantem deferrent.*

G

Gæum, *telum omnino ferreum.*

Galbeum, *armillæ quibus vtuntur triumphantes & donantur milites.*

Galleris, *ratis, quòd in vndis ſeruet.*

Geſatæ, *mercenarij milites.* Geſi, *fortes viri.*

Gladioli, *à figura vocantur vel ſepiæ, vel viliores piſciculi.*
Gœtus vel lymata, *ſordes.*
Gora, *aduena.*
Grammarus *cancrum ſignificat.*
Graſon, *Tragaſæus, Tragomaſchalus, mali odoris, vel viride ordeum.*
Graſum, *vel, Oeſypum, græci vocant fatuum, vel lanarum ſordes in ouibus, vel odorem tetrum ſub alis: qui aliter* Caper *dicitur.*
Grauium, *ilignum quernúmve lignum, quod conſciſſum ſuccenditur, vt agentibus iter præluceat.*
Gyluis, *militare vas contextum, in quo caſeus cum oliuis & cæpis reponitur.*
Gynæceum, *confabulatio muliebris.*
Gyrgatus, *lectus in quo paralytici, mentéq; capti, quique vocantur dæmoniaci, vincti iactant ſeſe.*

H

Halepodon, *regionem dicunt, quam olim operuit mare, nunc verò aridam: vel locum in quo exerceri circumagiq; poſſunt equi.*
Harenarius *teſtis, ſordidus ac vilis.*
Harmoſteres, *lapides liminis loco cómodè coaptati.*
Harmus, *ſpatium interlocatum dentibus.*
Harpago, *ferrea manus, ſeu aſſer vnco ferreo præfixus quo igni furenti obuiã irent. Eius inuentor Anacharſis Scytha.*
Harpides, *calciamenta, vel crepidæ.*

Hasta Centumuiralis, *quòd Centumuiri iura daturi in vnum coirent hasta posita, illorum iudicia in duas hastas essent diuisa.*

Hebe, episium, *pubes, vel pilorum in pudendis succretio.*

Hedræi, *sedentarij.*

Helane, *calamorum fascis.*

Helicon, *organum Musicum, in quo nouem chordæ sunt. vnde* Heliconiades, *Musæ.*

Heliotrapeza, *Æthiopum Macrobiorum carcer.*

Hemerologion, *sermo singulorum dierum.*

Hemitybium
Capsidrotium *sudarium.*

Hæmodia, *dentium stupor, qui gingiuas infestat.*

Herma, *inaurium genus muliebre, vel prægrande saxum.*

Hermæon, *insperatum lucrum.*

Herodice, *formæ victrix.*

Heroum, *monumentum.*

Hestiator, *Hestinchus, conuiuij dominus.*

Heteromelia causa, *in absentem. Eras.*

Hierosiarchus, *præpositus rebus sacris, quasi sacrorum princeps.*

Himonia, *funiculus quo ex puteo educitur aqua.*

Hippicum, *quatuor stadiorum distantia.*

Hippobnius, *vel* Lastaurus, *inguini seruiens, paillard putier.*

Histobæus, *lignum aratri ad iugū vsq; protensum.*

Hiſtrichides, *flagella.*
Holinus, *vas coquinarium.*
Homæomeria, *la portion egalle dung chaſcun.*
Horatarichi
Tarichopolæ *ſalſamentarij.*
Horcanæ, *ſepta ſpinis.*
Hoſtiæ lectæ, *maiores & vberiùs depaſtæ: quæ claudæ, morboſæ, aut vitioſæ nõ ſunt, quéve fixam aurem, aut caudam aculeatã, aut nigram linguam, nõ habent.*
Hydrologia, *quibus ſolum demetiuntur.*
Hyenia, *fatuitas.*
Hyperboli *lapides, quibus ad ceruicem religatis, ſcelerati in profundum demergebantur. Ager* Hyberbolus, *creditoribus obnoxius lapidis indicio vel columnæ.*
Hypingos, *hymnus* Dianæ.
Hypomnema, *liber ſtrictim ac capitulatim res arctans & complectens.*
Hyperthyron *in ianua, quod ſuperiacet.*
Hyporchema, *Pæan, Apollinis hymnus.*
Hyporchinon, propogonion, myſtax, *barba quæ ſub naribus habetur,* myſtax, *etiam labrum.*
Hypopodium, *ſcabellum.*
Hippoſelinum, *olus atrum.*
Hypothichos, *chemiſe, rochet.*

I

Ichthicentrum, *fuſcina.*
Ichthyotropia, *piſcina, lutrum, natabula, nymphea*

ſunt eiuſdem ſignificationis.

Icrion, inſtrumentum, quo cruciabantur Martyres, vel patibulum, vel tabulata, vel omnia ſurrecta.

Icriopœi, qui circa forum tabulata compingunt.

Ida, quilibet mons, vnde circuniecta ſpectari poſſunt, vel locus arboribus frequens.

Ilithia, ſyluarum dea.

Immortuum, rediuiuum, quotidie pullulans, apud Cicer.

Index, coticula, qua ſolet aurum explorari.

Infula, ex cocco & lana alba erat, inſtar faſciæ, plerunq; lata, nonnunquam tortilis & rotunda, ex qua vittæ hinc inde defluebant.

Inſertorium, Telamon, Porpax, ſcuti lorum anuli vice, inter quod & ipſum ſcutum inſerimus manum.

Inſularij, Apollides, ſerui viles ac peſſimi in inſulas deportati, & in publicum opus aut metallum dati. Originarij, colendis agris deſtinati, ſed Originarij ex Aſcriptitijs nati ſunt in ipſo ſolo ſiue fundo. Aſcriptitij, qui per triginta annos fuerunt in ſolo.

Interciſi dies, in quibus Deorum ſimul atque hominum res agere licet.

Ionia, locus vbi violæ naſcuntur.

Iris, eſpece de gaſteaux.

Iſangelia, accuſatio indiciumq;, quod in proditores vel reos læſæ maieſtatis intenditur.

Isthmus, *pars quæ gulam & os interiacet, vel guttur, propter angustias.*
Iuleæ voces, *suaues & dulces.*
Iuli, *fructus compactiles, vt paniculæ breues, in quibus est semen inclusum. Plin. ferunt & Auellanæ Iulos compactili callo ad nihil vtiles.*
Iupiter Stator, *præter cõmunem acceptionem, ideo etiam dicitur, quòd stent beneficio eius omnia.*
Per Iouem Lapidem, *iuraturi nonnunquam lapidem silicem tenentes, hæc ad verbũ proferebant: Si sciens fallo, me Iuppiter salua vrbe arcéq; bonis eijciat, vti ego lapidem hunc eijcio: quibus enuntiatis lapidem manu emittebant. Ideo per Iouem lapidem solennissimum sanctissimúmq; erat iniurandum.*

L

Labandria, *ad lauandum data.*
Labris, *securis.*
Læscia, *tegumenta corporis omnia, quæ manu sustineantur.*
Lagarus, *inanis & sine intestinis quodammodo.*
Lamyrus, *garrulus, comis, facetus,, oblectabilis, amœnus, stupendus.*
Lanuuini, Eliternini, Clitorini, *colei.*
Lapictæ, *qui multa prodigunt.*
Larcos, *eschaufette ou reschaufoir.*
Larthes, *summus regum.*

Larus, *furacissimus, vel auis, quæ fulica dicitur.*

Laustaurocaccabus, *delicatioris edulij genus, quod est libidinis incentiuum.*

Latage, *ce qui reste au voire, apres auoir beu.*

Lebedium, *vel* Scapha, *vaisseau à vomir.*

Lecithopolis, *mulier quæ tum oua vendit, tum legumina, comme vne fruictiere.*

Lecithus, *vitellum oui, vel leguminis genus, quod pisum aliâs vocant.* Lecythus, *vas dicatū vnguentis: vnde apud* Cice. *pro* Orationis *splendore.*

Legio, *primùm habuit pedit.* m m m. *equit.* ccc. Deinde *vi m. pedit. cc. equit. ccc.* In *iusta legione* Centuriæ *lx.* Manipuli xxx. Cohortes *decem.*

Legitimi *milites, qui militiæ sacramento iusto delectu militabant.* Euocati, *qui ex prouincijs socijsque ciuitatibus æquo iure & fœdere iunctis, non* Latini *nominis, militiæ munere fungebantur, qui non milites, sed pro militibus habiti.* Tumultuarij, *qui in repentino aduentu hostium, cum in extremo discrimine res foret, per trepidationem & metum raptim militiæ ascribebantur.* Exautorati, *rude donati.* Causarij, *quibus causæ legitimæ, ne mererent, suppetebant.*

Lema, *concreta lachryma, quæ insidens oculum lædit, vel lippitudo, vel oculorum sordes, vel concretū, vel in oculo album humidū, quod hebetudini præuiū est: vel grana parua, sicca duráq; in oculis quæ visuntur ex arefacta lippitudine.*

Lenti, *qui affectibus non mouentur, ac velut æquani-*

mitate torpentes, ſtupent. Propert. Hoſtibus eueniat lenta puella meis.

Leſcha, *ærariæ fabricæ.*

Leſeium, *ſcutum oblongum aut breue, corióq; confectum crudo, proinde piloſum.*

Leucoparyphus, *albis indutus veſtibus.*

Ligna Ergaſina, *quibus in operibus vtuntur maceriarij.*

Ligna Cauſmia, *igni deſtinata.*

Ligna Erepſmia, *tectis cõcina, vel ornamẽtis apta.*

Ligna Erepſmion, *herba & planta infructuoſa.*

Ligurinus, *garrulus.*

Limon, *humectus humor concretúſque.*

Literatus, *qui literis eſt inuſtus.*

Lobus, *aurium pars infima, quam noſtri imam dicunt auriculã, vel etiã eius portio ſuperior, vel omne ſummum, vel fabæ vas.*

Logia, *oracula, quæ ſoluta eduntur oratione, vel conuentus, vel congregatio.* Logion, *locus in Orcheſtra, in quem Comicus inducebatur chorus, vel cratêris ſpecies, vel iudiciale, vel ſacerdotale ornamentum.*

Logiſterium, *locus in quo recenſebantur exercitus, & militibus ſtipendia numerabantur.*

Logobolius, *locus in quo lepores venamur.*

Logodipnum, *parata cõditáq; tãtùm verbis cœna.*

Lónimi, Philarchæ, *pricipes tribuũ & populorũ.*

Lophus, *quod in auibus capiti ſupereminet, vel in*

galeis cristæ.

Lophæum, speculi theca.

Lora, æ, buette, despense.

Lucus, præt. vsit. signifi. senatorium significat, à luca, id est sene & senatore.

Ludij, pueri depiles & glabri, qui in ludis saltabant.

Lutra, orum, vel Lutronæ, balnea.

Lutræ, vel Lytræ, aquæ immundæ. Sunt etiam è fibrorum genere: quæ nunquam mari merguntur, Enhydris græcè. Lutrium, aqua balnei. Lutrophorus, qui nouis nuptis balnea defert.

Lycopodæ, tyrannorum satellitium: vel quòd lupi corio pedes tegerent: vel in clypeo lupi gestarent insigne.

Lycophilius, suspectus ac latens. Lycophus, crepusculum.

M

Madarosis, glabritas.

Magdalia, ab apomagdalijs paulùm admodum differt.

Malacoderma, oua quæ molli obducuntur cute.

Ostracoderma, putamine intecta testaceo, vt in auibus.

Mamachutus, fatuus, ac stolidus.

Manipulus leuis, quòd hastis miles gesisq;, non armis grauioribus muniretur. Constabat ex 20. militibus & turba scutatorum. Manipulos xv. suis internallis distinctos, in prima acie velut fortissimum ro-

bur imperatores locabant.

Manna, *thuris micæ elisæ.*

Mantis, *quæ molesti noxiiq; aspectus est.*

Manzares, *filz de ribaulde.*

Marila, *languidus ignis, vel puluis, vel carbonum tenuissima.*

Maris, *mensura sex capiens heminas.*

Marmaritis, *herba, quæ in desertis petris, & saxis præruptissimis nascitur.*

Martes, *animal*, Marte.

Masti, *vbera & supercilia terræ.*

Matiolichus, *qui parum comedit, aut qui in minimis astutum se præbet, vel qui ex mensuris lucrum venatur.* Matium, *minutum.*

Maza, *rigidus panis, biscoctum vt vocant, vel quod ex farina, oleo & aqua conficiebatur, atq; etiam ex lacte. vnde* Mattia, *pretiosa omnia edulia.*

Megara, Domata, Heroic*æ domus.*

Melanchema, *cauitates in quibus liquefacta est nix, leporum cubilia.*

Melis, Blereau.

Melissæ, *quibus iniungitur eiusdem sacerdotij functio.*

Mellina, Vidulus, *operimentum pudendorum.* Vidulus *etiam thecam numariam significat.*

Melulæ, *lapides coni imagine prominentes.*

Meniana, *solaria in foro, vnde spectabantur ludi.*

Meropes, *aues, vel diuinorũ periti à vocis diuisione,*

vel homines, sic dicti ab Homero, *quòd eorum naturæ vi, distinguatur vox in dictiones, syllabas, elementa: quæ res animantium nulli contingit.*
Mesaulij *serui, mediastini, abiectissima quæq; munia inter seruos obeuntes.* Mesaulium, *mediana ianua, vel in aulæ meditullio locus.*
Mesopyrgia, metapyrgia, *spatia inter turres.*
Metaphrenis, *pars ab collo ad mentum protensa, vel quod à tergo præcordijs obiectum est.*
Metæchmium, *spatium inter duos exercitus.*
Metorchium, *spatium quod plantatas interiacet arbores.*
Microlypus, *qui statim & nulla causa irascitur.*
Minthus, *flos in sterquilinijs nascens, quo mirè afficiuntur hirci: vel retrimenta caprarum.*
Modiperatores, Magistri, Reges, *qui bibendi imperabant modum, iuxta conuiniales leges.*
Molgi, *fures, à mulgendi consuetudine.*
Molonymphius, *qui nondum vxorem duxit.*
Moluri, *verberibus atriores facti.*
Mosyni, *turres, vel ligneæ domus.*
Mothones, *vilissimi homines.*
Muschus, *animal,* Musch.
Muginari, *nugari ac tardè conari.*
Muri mariani, *furculæ, quibus viatores sarcinas ferunt, à* Mario *inuentæ.*
Musæum, *Ægyptia erat mensa continens viros in toto terrarum orbe doctrina celebres.*

Mustellinus *color, sublinidus ac lentiginosus, qualis est in vestibus cruore maculatis.*
Myonia, *mulier portentosæ libidinis.*
Myssare, *labijs occlusis sonum naribus elicere.*
Mystile, *panis qui canibus obijcitur, latine* Canice, *vel panis excauatus sorbitioni accommodus.*

N

Nabatæ, ex *adulterio concepti.*
Nani, *quibus membrũ est iusto maius. Theophrastus.*
Nares, *fornaculæ spiramẽtũ, quo protruditur fuligo.*
Nasati, *visiores ac bene mentulati.*
Naues Galeratæ, *quæ galerum vel petasum instar Mercurij præferunt.*
Neades, *animalia, quorum voce terra rumpitur.*
Nectar, *deorum cibus erat,* Ambrosia, *potus, Authoribus Sappho, Homero, & Alexandride.*
Nennus, *frater matris.*
Nyctilus, *noir & obscur.* Nyctileia, *Bacchanalia nocturna.*
Nuptiatores, *nuptiarum instructores.*
Nympha, *præt. vsit. signifi. vomeris summum.*
Nymphia, *matrimonia,* Nymphides, *calciamenta muliebria.*

O

Oaria, *oua.*
Obolostates, *minutulus fœnerator.*
Obsodædali, *qui obsonia variè cõdiunt ac quærunt.*
Obulus, *dictus est quòd vetus Atheniensium numus*

obeliscum incussum habuit.

Ochanos, quo circumagi in orbe scutum potest.

Odontismus, dentium fremitus.

Oecoscopium, domesticum auspicium.

Oestros, volitans, aut musca boues persequens.

Officiosi, præt. vsit. signifi. impudici & obscœni.

Oliuantes, vectigal olei facientes.

Olus atrum, Hipposelinū, herba à colore subnigro foliorū, quā vulgo spinaciū vocāt, è lachryma caudicis sui nascitur. Nōnulli Smirniū dicunt à sapore.

Olympus, pomœrium, id est locus augurio consecratus in vrbe, & Astrolabium, & omnis mons regionis altior. Olympi, quasi toti lympidi.

Omphaia,, vua acerba & immatura.

Omphalister, instrumentum quo infantibus præciditur vmbilicus.

Onirocrites, somniorum interpres, vel somnians.

Oniropoli, coniectores, seu somniorum interpretes, vel somniosi.

Onyx, ligneus calix.

Opias, caseus qui denset coitq;.

Opima spolia, vel ab opibus, vt ait varro, vel ab inuicto opere, nomina sumpsere: seu quod fidei propius est Opima, ampla dici, sicut opimam prædam, & opimum bouem dicimus. Hæc nisi duces regésq; quorū auspicio res geruntur, suis corporibus dimicantes, hostibus ducibus detraxerint, necémq; vel exilium intulerint, haudquaquam Opima dici voluere.

Opionæ, Tessenarij, *qui nuntiorum ac specula-torum funguntur munere.*
Opistographa *charta, vtroq; exarata latere,* Syn grapha, *vno latere.*
Opisthotomus, *morbus ceruicē scapulis annectens.*
Opon, *lacteus in ficu humor, vel ramis agglutinans folia humida vis, vel arborum lachryma, vel quo con-crescit lac, coagulum.*
Opuntij, *defioculi vel cæci.*
Orchos, *ordo plantatarum arborum.*
Orcini *liberti, quorum testator in* Orci *familiam est ascriptus.*
Orciniana *sponda, vel* Orcana, *sandapila, vel pheretrum, aut capulus, seu theca ex impolitioribus li-gnis, aut etiam viminibus contexta compactáq;.*
Orgades, *montanæ regiones & incultæ.*
Orix, *glis.*
Osthophoria, *festum ramorum.*
Oti, *fraudibus expositi, qui insita simplicitate facile decipiuntur.* Otus, *auritus, pinnulis circa aures pro-minentibus, vel vlula auis, vel* Isio, *vel gloriæ vani-tatem affectans.*
Oues Ophiæ, *debiles.*
Oxypinos, *sititor nouitatis, auidus auricularum.*
Ozanica, *olfactoriola.*

P

Pagurum, *senilis cutis, ab asperitate.*
Palimboli, *inconstantes, leues.*

Paltum, *teli genus.*

Panaria ebrietas, *arrogantia licentiáq;.*

Pandemi,*morbi qui plures simul grassantur.*

Pandæsia, *adijciale conuiuium ac ganeatū dubiúmq; & Saliare ,omnifariam obsonijs differtum: vel ad quod vbi vescerentur publicè commeantes passim domo, portionem quisq; ferrent , in medium tamen quod attulissent, collaturi.*

Pandiculatio, vel Anxitudo, *cum quis toto corpore extenditur.* Halice *inter sanos,* vel Anxitudo, *cum præsentia subinde stomachamur, ægréq; ferimus, & ab actione vna ac negotio ad negotium demigramus.*

Pappos, *labro inferiori adnascens barba.*

Parapetasma, *velum geniali incumbens lecto.*

Parasiti , *qui præficiebantur colligendo sacro frumento.*

Paratilmos,*genus supplicij quo deprehensi expilabantur.*

Paratypa, vel Cibdelia , *numismata adulterina.*

Parædrus, *virtus dæmonica,vel assessor, vel Regi assidens.*

Parochus, *amicitia vel sanguine annexus.*

Paropia, *coria,quæ oculos equorum ambiunt.*

Parrhesia,*audacia & fiducia loquendi.*

Paryphi, *virgæ purpureæ in tunicis.*

Paspale,*rerum minuties.*

Pastoforium, *Leuesche.*

Litoſtrata, *cruſtulis paruis coagmētata.*
Subdialia, *ſub dio facta, id eſt in aperto.*
Pauimēta Ceroſtrata, *cornibus præſtructa.*
Aſarota, *teſtulis in varios colores tinctis compaginata.*
Aſarota, *quæ conuerri non poſſunt.*

Pauſicape, *machinula olim ſeruorum collo circumpoſita orbicularisq́; qua ori manus admouere prohibebantur.*

Paxillus, *paiſſeau, maſchoir de chanure.*

Pedema, *ſaltatio.*

Pellides, *vaiſſeaux a traire le laict.*

Pelmata, *dorſa pedum.*

Pelta, *preter vſit. ſig. iauelot ou dard, & nomē piſcis.*

Dij Penates, *fuere duo iuuenes veteris artis & operæ, paruis imagunculis ſedentes, & militari more pila tenentes. tametſi Palladium ab Ænea aduectum, nonnulli Apollinem, & Neptunum ferūt: qui ab Ænea in Italiā allati, Lauini manſere primùm, mox ab Iulo in Albam à ſe conditam tranſlatos, priſtinam Lauini ſedem repetiſſe dicunt.* Dij Penates, *vt alij volunt, ſunt Iuno, Veſta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Neptunus, Vulcanus, Apollo.*

Penelæos, *lorica et tunica.*

Penice, Procomion, *coma inſititia. latine* Galericulum.

Peplus, *veſtis candore eximio, aureis diſtincta clauis ſine manicis, vel palla fœminea Mineruæ conſe-*

crata, vel instrata equorum aut curruum, ad puluerē prohibendum.

Pepones, molles, fracti exolutiq́ʒ, vel generosi.

Perchon, punctis maculisq́ʒ nigrioribus interstinctū.

Periantologia, vbi quis seipsum laudat.

Perifora, circunlatio particularum carnium.

Perizonium, deuanteau, alias Castula, & præcinctorium.

Petoritum,	Rotarum quatuor.
Pilentum,	veneti coloris, quo matronæ vehebantur.
Essedum, vehiculum	Belgarum.
Thensa,	Deorum, ex argento.
Carrucæ,,	Germanorum & Gallorū.
Couinum	Britannorum.
Arcera,	Vndiq́ʒ tectum, & propriè erat infirmorum.

Phaciolion, capitis gestamen.

Phaeus color, in albi nigriq́ʒ meditullio.

Phalacræ, vel Calueta, vel Glabreta, montana satis fruticibúsq́ʒ nuda.

Phalacri, Phalanthij, calui quia his albicat caput, aut quòd denudatum apertúmq́ʒ sit.

Phalacronia, Caluicium.

Phalanx, fit quādo inuicē scutis annexis, & supra capita elatis densa latitudine succedūt, vnáq́ʒ cōspiratione & cōsensu in orbem se colligūt, & impressionē fa

ciūt. Hic continenti agmine viro vir, armis arma coniuncta ſunt, & plerunq; ex. xxv. vel, xxx. vel, xl. millibus conſtabat aut ex. xvj. millibus. ccc lxxxiiij. militibus, quos Phalangitas vocant.

Phalius, albis in fronte capillis.

Phalli, oblōga ligna ī ſūmo habētia ex corio pudēda, vel in frōte prominēs ornamētū, vel claui pręlucidi.

Phalli, imagunculæ hominū pudendis magnis prominentibus, quas feminæ per pagos circumferebant.

Phani, Helenæ, lampades & faces, vel qui res ſignificant & nuntiant, vel faſciculi ex lignis quibuſdam conciſis.

Phania, qui inops diuitias ſummas ſe habere ſimulat.

Pharmati, Catarmata, qui ad ſuas ciuitates ſuo interitu expiandas, educebantur publice.

Pharmacitæ, Apſicori, qui ſimul ac cibum attingunt, exurgunt ſaturi.

Phaſis, cuiuſlibet occulti criminis apud magiſtratus demonſtratio, vel denuntiatio fraudum: quas in elocatione domorum tutores orphanorum ſtruunt.

Phellas, librorum operimētum quod eſt extrinſecus.

Phellos, ſuber.

Phelomata, impoſturæ deceptionéſq;.

Phylaca, priſon, Phylaciſta, geolier,

Philomeli, auidè comedentes poma.

Philothytæ, ſuperſtitioſi.

Physignathos, *inflans buccas.*

Pholides, *serpentum squamæ.*

Phormus, *sporta vel cophinus.*

Phorologi, *qui exigunt vectigal.*

Phoxi, *quibus est proacuminatum caput, quale dicitur* Thersiti *fuisse &* Pericli.

Phoxichili, *quibus labia sunt fastigiata.*

Phragmus, *dentium ordo & series.*

Phraxis, *oleris genus quod celeriter in altum consurgit.*

Phryctoria, *speculæ quædam prominētiores ex quibus ostentatæ faces è longinquo præsignificarent, quid in quaq; regione factum esset noui.* Phrycti, *id genus faces.*

Pilum, *hastile habens ferrum pedale, & trigonum stylo præacuto, quod stupa colligatum emittebant:* In*terdum habens hastam trium pedum, nec minoris pręeminentiæ ferrea veruta, quo emisso velut ad id signo dato, citato gradu in hostes ibant, mox strictis gladijs collato pede, cominus rem gerebant.*

Pipo, *us, auis genus.*

Piramontes, *triticeæ placentulæ ex melle.*

Pitacium, *portio corij cocti, quo muniuntur sola calceorum, tacon de solliers.*

Planetæ, *in re militari, temere hac illac abeuntes.*

Planete, *hospes.*

Platage, *instrumenti species obstreperi & sonori ex ære.*

Platagonion, *crotalum ſiſtrúmq́ue, quo vtuntur nutrices, dum lenire infanteis cupiunt, qui difficilius conſopiantur: vel papaueris & Aneniones herbæ folia, à ſono quem colliſa faciunt.*

Pedoſtriale, *baſton de veneur.*

Poemanor, *Rex.*

Polia, *equinum inſtrumentum.*

Polyagrus, *propriæ vxoris aquariolus.*

Poliocrotaphus, *in temporibus canus.*

Pornoboſcos, *alens ſcorta.*

Poſtulatitij *gladiatores, ſuppoſititij, qui recẽter ſubijciebantur feſſis.* Poſtulatio, *peculiare ſacrum ad auertendam Deorum iram, facto prodigio aliquo, quod expiandum procurandúmq́ue foret.*

Præciſi, *cynædi.*

Probolium, *venatorum telum, apris præcipuè accommodum.*

Proclites, *primus in conuiuij accubitu.*

Prodromi, *qui anticipant Imperatoris aduentum.*

Promneſtria, Proxenotria, *nuptiarum conciliatrix.*

Propheres, *re ipſa iuuenis, aſpectu tamen ſenex, cui contrarius* Sclerus.

Propolon, *ancilla, quæ ſcortum egit prius.*

Proſodium, *litania, ſupplicatio cũ hymno: vbi deos adibant, ac ſacrificium ad altare proferebant.*

Proſopon, *quod fronti ſubiectum eſt, vel facies in homine: quæ inter caput & collum hominis eſt.*

Prosthij, *pedes equorũ ãteriores, cæteri* Opisthij.

Protelia, *quæ ante nuptias offeruntur, vel sacrificia eas præcedentia.*

Prothymata, *ante sacrificium fieri solita, vt est vaporatio thuris, vel ordeum sale conspersum, quod ante sacrificium aris infundebatur.*

Prothyrium, *lignea structura in vestibulo ante fores, qua obstante quasi repagulo, apertis ianuis, quæ intus fiunt non apparent.*

Protome, *facies est in brutis.*

Prototeuthæ, *vel* Protogeustæ, *prægustatores.*

Protothœnia, *in conuiuijs portio prima.*

Psammocosius, *immensus numerosus.*

Psecades, *ancillæ quæ capillos matronarum fuco cõspergunt.*

Pseudacria, *pustula in naso.*

Psicrologi, *qui boni proferunt nihil.*

Psœmanorium, *subiectus grex.*

Psomocolax, *qui panis ac buccellæ gratia blãditur.*

Psycter, *vas ad mensę vsum celebre, refrigerãdi cõmodis destinatũ.* Psycteres *nemorosa loca, & vmbræ multæ.*

Psydacria, Lonthi, *pustulæ duriores & acutæ, quæ naso adnascuntur, vel primùm prodeuntes pili.*

Ptarmica, *sternutatoria, quę sternutamẽtũ eliciunt.*

Pyelis, Pala, *anuli pars, qua gemma sedet.*

Pylori, *portarum custodes.*

Pyratium, *du poire.*

Pyrphorum, Pyranum, *instrumẽtum destinatum ferendis prunis igneis.*

Pyrrhicha, *saltatio, vbi armati leni flexu & saltu, nunc se contrahendo, nunc in altũ exiliendo, nunc declinando tela & plagas vitarent.*

Pyrsophorum, *vas grandius, cui succensa imponuntur ligna.*

Q

Quærere conditionem ac perspicere, *vxorẽ venari, apud* Cicer.

R

Rachis, *spina.* Dyonisius.

Receptitium, *quod ob vitium redhibetur.*

Rechanus, *trochlea per cuius orbiculum summũ traijcitur ductarius funis.*

Redẽptor causarum, *quadruplator, interceptor alienæ litis.*

Relegati, *qui cum exilij gratia solum verterint suis tamen perfruũtur bonis: quod in* Deportatis *nõ fit.*

Rhainus *ager, in quo iacta primùm feruntur semina, enatæq; primùm fruges sunt.*

Rharus, *fortis.*

Rhapaules, *qui stipulam inflat.*

Rhigobosij, *qui inalgescunt perpetuo.*

Rhinton, *vilis & scurra.* Columel.

Rhipe, *momẽtũ, vel ictus vel oculi motus.*

Rhipsaspides, *desertores, à scuti reiectione.*

R

Rhizotomi, *radicum sectores.*

Rhodonia, *locus vbi rosæ nascuntur.*

Rhombus, *rotula, quam loris diuerberãtes circumagunt, atq; ita sonum inde eliciunt.*

Rhoptra, Scandaletra, *flexuosa ligna capiendis feris vel auibus.*

Rhuscum, *herba sponte nascens: qua vtũtur in cibatu pleræq; gentes.* Solin.

Rhymos, *aratri temo.*

S

Saburro, *onis, menestrier ou petit cerf.*

Saga, *sacerdos, expiator, vel imolator & sacrificulus.*

Sagma, *scuti theca.* Sagmina, *legatorũ* Rom. *erãt, sicut* Hiceteria *Græcorum.*

Salacones vel Solœci, *qui insueuerunt circa id quod amant, immorari, quódq; admirantur, ac putare eisdem cæteros affici, quibus ipsi.*

Sale, *egressus.*

Saliator, *qui salientes oculos intuitus, odoratur præsagium.*

Samena, *nauigium dicrotum, id est bireme, rotũdum, concauum ac in ventris similitudinem formatum, vt mare percurrere & celeriter conuerti posit.*

Sampsera, *espee.*

Sanctus, à Sangni *deriuatur mutata litera g in c, est autem* sanctus, *purus, religiosus, sacerdos.*

Sangni *gentilem* Sabi *dicunt* Sabini, Sanctum Ro*mani, Sagam* Barbari.

Saturni, *familiarum nobilium regum antiquissimi.*

Scapi cardinales, *in foribus sunt, quibus sustinentur maximè reguntúrq;.*

Scariphos, *festuca & sarmentum.*

Scenopegia, *nidi constitutio, quam miro ingenio excogitant hirundines, implicito festucis luto, ad lutariæ paleationis normam.*

Schœnos, *mẽsuræ gen⁹, sexagita cõplectẽs stadia.*

Schidia, *coppeaux.*

Sciadæ, *robustiores rami, & corporis vmbra, vnde concipiuntur horæ.*

Sciamachia, *vmbratilis pugna, vel exercitationis genus, vel scribendi studium, vel armorũ meditatio.*

Sciamachi, *maistres des ieux descrimes.*

Scias, *arbustum, vel tecta scena.*

Sciatrophia, *vmbratilis vita & mollis, vel velut in vmbra delicatiùs connutritus.*

Scimalizare, *digito pertentare ecquid oua gallinæ conceperint.*

Scimpodæ, *lectuli, super quibus accũbimus.* Scimpodiũ, *vilior lectulus, vel in quo decũbit vnus solũ.*

Scira terra, *alba.*

Sciri, *sordes & spurcitię casei, vel duritiæ, vel fragmẽta, quæ ex operibus deijciunt marmorarij.*

Sciroma, *hepatis affectio.*

Sciron, *plastre, vel quiddam molæ simili, quod gignitur viris in ventre.*

Scirophium, *locus, quo conueniunt aleatores.*

Scirophoros, *intemperans.*

Scotius, *natus clandestino concubitu.*

Scriblita, *tarte.*

Ludi Seculares, *quòd singulis cx. annis fierent, vel quòd semel tantum hominis ætate fierent.*

Selli, *pauperes qui magni momenti negotiatores videri volunt.*

Selma, *chaiere.*

Semisses, *vulgo dicebantur homunciones.*

Semissij, Sarmentarij, *sunt appellati ab impijs Christi cultores à leti genere, quòd ad assis dimidij stipites destinati superiectis accumulatisq; sarmentitijs fascibus concremari consuessent. Hæc vocabula extãt apud Tertull.*

Semneum, *monasterium, vel quasi veneratione dignũ, aut quia secreta & inaccessa loca vocãt* semna.

Semon, *Ianus dictus est, quòd semini præsit, dum cõcipitur infans.* Semones *Dij, qui ab aeris meditullio quicquid interpatet ad terram vsq; habent : quos quidam credunt Semideos, qui cælo digni non censerẽtur, ob meriti paupertatem: nec terreni tamen essent, propter gratiæ venerationem.*

Senatusconsultum, *quod Senatu iubente decernebatur sine lege. Hæc enim sunt illa decreta & consulta patrum, quæ iuris statuendi causa non ob priuatam vtilitatem decreto amplisss. Ordinis statuuntur. Quæ tunc rata erant, si tribuni pleb. ea censuissent, alioqui poterant per tribunitias intercessiones impediri.*

Serperaſtra, *quæ alligantur pueris in geniculis, ſi conſuetudine ambulandi facti ſunt vaciæ aut compernes, vt eorum deprauata corrigant crura, quóq; corpus validius & rectius conſeruetur.*

Serphus, *minutulum animal omnino diſsmile formicæ.*

Seruus Vicarius, *qui ordinario ſubeſt.*

Seſquiplex, *integrum & dimidium.*

Setis, *ſella quæ in prora eſt.*

Seuinus, *inſcenſor & emaſculator.*

Sicula, *mentula parua, apud Catul.*

Sicyæ, *cucurbitæ & pyxides ventoſæ, quibus ſanguis elicitur.*

Sigma, *cœnatio.*

Sillon, *morſus cum riſu ingrato & infeſtiuo.*

Similium, *trenchet de cordouennier.*

Siphones, *fiſtulæ follibus iunctæ ſeu machinæ hydraulicæ, quibus agitatis ad ſuperiora ædium exhauriunt aquam: quæ etiam Organa* Pneumatica *vocantur.*

Siriaſis, *ſolſtitialis ægritudo, quando nimia Solari exuſtione, quæ prouenit quando Sirium aſtrum diuexat Sol, carbunculantur arbores & intermoriuntur, vel infantium diſtillatio, vel aduſtio, quæ græcè* Cauma.

Sirrus, *ſubterranea foſsa, id eſt cuniculus & excauatio, in quam ſemina deponunt.*

Siſymbria,*folia quibus coronantur ſponſi.*
Syria,*craſsius indumentum pinguiúſve.*
Sorodæmones,*ſepulchrales laruæ.*
Spatile,*hominis retrimenta, vel coriorum fruſtula, ſeu reciſamẽta, quæ à coriarijs & ſutoribus reijciũtur.*
Specloma,*ſonus quem concubitus facit.*
Specularius,*diuinator ſpecula obſeruans.*
Sperisis,*ludus pilæ.*
Spermologi,*viles, ac contemptibiles.*
Spherodes,*exili ventre.*
Sphragidonycargometæ,*qui anulis digitos onerãt, vnguéſq; impenſe perpoliũt, coma non neglecta.*
Sphoradici,*morbi qui quouis tempore obueniunt & loco.*
Stadia,*pugna.*Stadium,*theatrum.*
Statarij,*qui lento gradu prodibant in aciem milites.*
Statini, zooſtaſia, Allage, *tect ou eſtables a beſtes, vel agreſtes domus, vel loca quieti præſtituta.*
Stathmus,*quatuor paraſangas conficit.*
Staton, *equum dicunt ab armento ſequeſtratum ac præſepi applicitum.*
Stella,*claritas, congruentia.*
Stibadia,anaclinteria,*idem.*
Stigmatiæ,Stigones,*qui mancipia cædunt: qui cæduntur* Maſtigiæ.
Stilpones,Scopæi,*ſtaturæ exiguæ homunculi.*
Stoleum,*ligonis lignum.*
Stolij,*tortuoſi, obliqui, vafri.*

Stratis, *ſemiſiccum fœnum iumentis gratiſſimum.*
Strix, *chuette.*
Strophæ, *fraudes, quæ etiam dicũtur* Hypoſtrophæ, paralogiſmi, paragogæ, Phenaciſmi, ſophiſmata, Paraphoræ, ſceuoriæ.
Strumæ, *chœrades aliter.*
Stupor dentium, *cum dentes panem aut quicquam aliud manducare recuſant.*
Styrax, *le boys du iauelot ou dard.*
Styria, *veſtis pinguior, craſsiórq;.*
Subſellares, *des eſtrieulx.*
Succiduæ agnæ, *vicariæ.*
Suffertum, *interfuſum, illuſtratum.*
Sumanus, *ſummus deorum Manium.*
Sycion, *vel os, bulbi genus vel peponis.*
Syluestres, *anguli oculorum in tempora vergentes.*
Symbolæ, *plagæ multiiuges, quibus ſeruilia inſcribuntur corpora.*
Sympathia, *conſenſus, qui inter res conuiſitur, vti Lunam alere oſtrea, implere echinos.*
Synagogium, *conuiuium.*
Syngraphæ, *literæ publicæ, ſcripturǽve priuatæ.*
Synoris, *idis, charette.*
Syrbe, *vox qua ſues allectant ſubulci.*
Syrembola, *fiſtulæ in obſidionibus, quibus exquiritur aqua.*
Syrinx, *longior foſſa vel haſtæ repoſitorium.*

Tabularius, *ſupputator, vel tabellio, vel qui publicas conficit rationes vel numerarius.*

Talentum, *plerunq; non ex pecunia percuſſa, ſed ex maſſa argēti aurive, aut eboris, ferri quoq; & aluminis aut ebeni. Lugduni Romani imperatores aurum, argentum & monetæ omne genus ſignare conſueuerunt. lx. argenti libris (teſte Varrone) taxabatur.*

Tarichopoleum, *vbi venduntur tenuia.*

Tarichos, *ſalſamentum, vel caro ſale conſperſa.*

Tarſi, *vnde ſe promunt pili.*

Telamon, *enſis lorum, vel vnde propendet ſcutum, vel linamentum concerptum vulneribus peraccommodum, gall. cherpie, vel faſciolæ quibus oblæſa membra obligari ſolent, vel latius lorum quo fertur ſcutum.*

Telamonia, *papaueris ramus, cuius folijs intra manum colliſis ex ſono de amore coniectabant.*

Teletæ, *maiora, & myſtica feſta.*

Telia, pegma, *cribri circulus, vel conſeptum quadratum, in quo farina habetur venalis.*

Telos, *ſacrificium.*

Tendines, *ſunt quibus digiti mouentur.*

Tenellus, *lyræ harmonia, quæ in victoria æditur.*

Teſſera, *vexillum rufi cæruleiq; coloris, quo educto atq; in arce propoſito milites tumultuaria arma ſumebant. Eſt etiam præceptum ducis, quo ad aliquod opus, vel ad bellum mouetur exercitus.*

Teſſaracoſton, *tempus quadraginta dierum.*

Tetradiſtæ, *laborieux, vexes de diuerſe fortune.*
Thalamus, *cauitas, qua coniacet oculus.*

Thalamus, Hyperous, *vbi tutò virgines cuſtodiebantur.*

Thalli, *germina in paſtum hœdis obijci ſolita.*
Thargelus, *olla, in qua coquuntur fructuum primitiæ.*
Thematiſmus, *ſtatio in architectonice, quæ decorem operibus parit.*
Therapia, *ſeruorum turba.*
Theſſæ, *mulieres mercede ſeruientes.*
Thiaſus, *ſacer chorus.*
Thorexis, *vini potio.*
Thrincus, *corona muri, apud* Lucian. *&* Homer.
Thrombus, *ſal craſsior, vel ſanguinis concreti partes.*
Thylacus, *culleus, ſiue mantica parata geſtandis oneribus.*
Thymelici, *hiſtriones, ſcenici.*
Thynnus, *ſus marinus glandibus pingueſcens.*
Thyrſi, *nuptiales coronæ.*
Thyrſani, *fimbriæ.*
Tibiæ Serranæ, *quæ æquales habẽt cauernas: quæ impares & inæquales,* Phrygiæ.
Tichophylaces, *qui in mœnibus excubant.*
Titthia, *mammæ muliebres.*

Toryna, *est qua mouetur olla.*

Tradux, *cum diuersarum arborum palmites obuij alligantur, vno conciliati virgultorum comitatu.*

Tragus, Caper, *in pueris insuauis odor, cum ad virilitatem accedunt.*

Trapezophorus, *qui mensam gestat, vel statua quæ poculorum mensam sustinet.*

Trasia, *aceruus ficorum, vel ex calamis contexta tabula, in qua refrigerantur fici.*

Tricæ, *tendiculæ & laquei, quos impostor struit.*

Trichaicæ, *qui assiduè versantur in prælijs, veluti asiduè concucientes cristas, in quibus plerumque capillorum quadam imagine propendent equinæ setæ.*

Triembolus, *virile pudendum.*

Trichia, *mammarum vitiũ, pilarem morbum vocãt.*

Trichides *pisces,* Sardinæ, *quòd prætenuia habẽt ossa.*

Trichma, *ex pilis aut setis contexta.*

Tricinum, *tardum, impeditum, exuccum.*

Tricon, *tricoteur.*

Trigodæmones, *poëtæ, qui fęcibus faciem collinere consueti, in vijs curribus insidentes, ne cognobiles fierent, poëmata concinebant, cauillis probrisque lacessentes, qui præterirent.*

Trips, *vermiculus lignis inascẽs, materiásque vitiãs.*

Trometores, *siue* Trometini, *qui viribus & arte armorum herculeo more luctando, ex improuiso gladio transfigunt.*

Truo, *onis, butor.*
Turſes, *ædes turritæ.*
Tutanus *Deus, qui homines tueri putabatur.*
Tympana, *ligna quibus cædebantur nocentes.*

V

Varij *poſt tergum, qui abſentibus detrahunt, præſentibus blandiuntur.*
Vectis ferreus, *quo onus alioqui vel multis immobile manibus, vnius preſſione hominis tollitur. Quod vecti ſubijcitur* Hypomoclion.
Veiæ, *currus & caui trunci arborum, & tuguria & plauſtra.*
Velaturam facere, *vecturis quærere victum.*
Veragus, *canis venatorius.*
Viuago, *gros coulomb, biſet.*
Viuerra, *fainne ou marte.*
Vla, *fluentum.*
Vngula, *tormenti genus. meminit Euſeb. &, Cypr.*

X

Xylocumbara, *poculi genus nauigio ſimile.*
Xylocymba, *mulier nec formoſa, nec magnitudinis moderatæ.*
Xylon, *furca, quòd ex duobus tantùm lignis cõſtet.*
Xyſtis, *idis, tunica talaris, vel muliebris, vel prætenuis: vel Tragicum indumentum.*

Z

Zeta, *locus vnius cubiculi capax, Solem hybernum proſpectans, ita conſtructus vt per heliocaminũ va-*

porem accipiat. Erat enim cubiculum hybernum, quod nunc Sole, nunc igne æstuaret. Zetema, quæstio.

Zophorodorpides, in noctem protrahentes conuiuium.

Zygij equi, qui iugum subeunt.

Dictionarij eruditis ad similia inuenienda aut meliora viam præmunientis, Finis.

Perona obſeſſa.

FInitimam cupio memorare Penatibus vrbem,
In quibus ediderim primos ego paruulus infãs
Vagitus:hoc iure ſibi vicinia poſcit.
Urbem inquam ſpatio exiguam ſed viribus arci
Sidereæ æquandam,ſiqua eſt vrbs talis in orbe.
Hic metuo vt valeant noſtræ ſubſiſtere vires,
Ad permanſuræ præconia maxima laudis:
Huius inauditos cùm poſcant facta triumphos.
Exigit à nobis tamen hos vicinia verſus,
Et patriæ ſpecioſus amor, laudandáq; virtus.
Huc ne ferte pedem Fauni, Dryadéſve puellæ,
Non Pallas,Bacchúſve pater,non augur Apollo,
Diive Deæ ve omnes,veterum quos credulus error
Percoluit,votiſque Poëta vocare ſuenit.
Innoco Gallorum ſanctiſſima Numina vatum:
Quos numero innumero tulit,& fert Gallia triplex.
Obſidione diu multúmq; oppreſſerat hoſtis
Grudius inſignem bellorum laude Peronam,
Spe prædæ inductus,vanáq; cupidine regni.
Cùm non perficeret conata,minúſq; valeret
Viribus,excidióq; dari munita nequirent
Mœnia natura egregiè,defenſáq; Gallo
Milite,ceſſuro nunq̃ tergúmve daturo,
Attamen ad ciues multis Orator onuſtus
Mandatis,vt fortè minis perterrita, ſeſe
Vrbs dedat,dominiſq; velit parêre ſuperbis,

Mittitur. exequitur ſubitò mandata, docétq;
Singula Primores Orator, & ordine pandit:
Cuique ſua migrare domo tectiſque licere
Incolumi, præda Flandris ſpolióque relicto.
Sic perſuaſa minis ouis imbecilla luporum,
Ollis committat vitam, ſeptúmq; relinquat.
Ter quinis ſeclis, luſtris ſeptémque peractis,
Arcturo ſubeunte Polum, cùm incurrere fronte,
Mugitúſque ciere videtur in æthere Taurus
Terrificos, & Puniceis Aurora ruberet
Vecta rotis, ad conſilium deſcendere ciues
Feſtinant. illic Florengie Marchio, cauſas
Exponis belli, bellum quo iure geratur,
Antè laceſſitos armis defendere tecta
Addens: Hannonius ſeſe declaret ouantem,
Quàm volet, & cum nõ ſit Laurea parta, triumphet,
Fulminet armiſonis verbis, noſtráſq; minetur
Deiecturum arceis: ſatius ſua regna tueri,
Pro natis, vxore, parentibus, vrbe, propinquis,
Decertare, nec eximia pro laude pericla
Vlla recuſare, & certæ ſe mittere morti,
Quàm ferre imperium furioſi turpiter hoſtis.
Dixerat. Intellexit idem ſentire Senatum,
Inter ſe ſanxiſſe omnes decernere ferro,
Fortunam tentare prius, defendere ab hoſte
Se ſuáq; audacter, quàm porrigere ora capiſtro
Flandrorum, poſſint quos laude propellere ſumma.
Cum virtute ollis præſtent, fidántq; locorum

Natura, cur iam dubitent certamen inire?
Legatus responsa refert. res illa feroces
Orchos perturbat vehementiùs: haud secus olim
Quàm puer insidias auibus cum struxit, & illæ
Effugêre plagas, luget, frustráq; laborem
Susceptum ægrè fert, longè cernitq; volantes.
Quod superest, factus tellure cuniculus ima
Sulfure feruenti impletur, turrimq; ferebat
Pars ea. crassatur per subterranea sulfur
Immissum. flamma turris tremefacta minatur,
Verticéq; excusso nutat casura repente,
Donec parte bona traxit conuulsa ruinam
Cum sonitu. Lapsus te Dampmartine peremit,
Dampmartine toga insignem, bellóq; superbum:
Sed potuit nemo obtritum internoscere corpus,
Immensas inter moles & grandia saxa.
Morte viri tollunt vlulatum ad sidera Galli,
Et tali sermone gemunt Heroa peremptum
Indignè, cecidit Gallæ spes altera gentis,
Heu cecidit clarus genere atque acerrimus armis
Dampmartinus, erat cui clarum & nobile nomen
Virtutis, sedare leuis seu murmura vulgi,
Seu placare iras, Martémve accendere vellet.
Occidit, hostilem qui vim prohibebat, & acrem
Imprimis faciem pugnæ componere doctus,
Agmine quadrato distinguere, rite Phalanges
Sistere, & hac illac cuneatas flectere turmas.
Admisisset equum quoties, formidinis ora

Iráſq; furiáſq; putes Mauortis eõdem
Vt comitentur, agi, tanta vi feruidus ardet.
Peruigil inſomnes hyberno tempore noctes
Ducebat, ſimul ac obſeſſæ prouidus arci
Proſpiciebat. eò tum venit fortè, furentes
Cùm turrim quaterent flammǽq; & ſulfuris ignes,
Ignarus caſus . non parua incommoda ciues
Accipiunt. magnum expectat plebecula motum.
Euerſa turri maiori ex parte, patebat
Per rimas aditus, per apertam lata feneſtram
Parebat via: qua tentant irrumpere primi
Centrones, addit tandem ſe Neruius, ambo
Mente animóq; inſiſtunt in bellum. horrida mortis
Exoritur facies circumfundentibus vrbem
Gordunis ſeſe. nec vim minus ardua ſæuam
Suſtinuit, nunquam Hannonijs ceſſura Perona.
Oppugnant illi, ciues defendere nunquam
Deſiſtunt, opere inq; ſuo non languit vllus.
Nullos perſpiceres pugnæ intermittere tempus.
Ac veluti fuluus quando leo prælia miſcet,
Cum tauro, frendentem it contra cornibus hoſtem
Aduerſis, olliq; infigens, ſanguine taurus
Ora lauat collúmq; : leo tamen impete certat.
Diffugiunt omnes, fremitu nemora alta tremiſcunt.
Haud aliter Galli aduerſis obſiſtere ſignis
Contendunt. mox vnanimi denſantur vtrinq;.
Præcludi introitum, non vllis viribus arcem
Poſſe capi cernens, aduerſariq; Gradiuum

Flandra manus: cùm pugnassent non ampliùs horis
Ter quinq;, accepto Gallorum vulnere, turpi
Vitatura fuga mortem, & tremefacta refugit.
Maiores olim posuere ingentia templa
Vrbem per mediam, quò ciuis quisque subiuit,
Hostibus à muro summotis. audit ab arce
Ætherea sanctásque preces & vota suorum
Altitonans cum cælitibus, læuúmq; repente
Intonuit. conceperunt noua gaudia ciues,
Armatǽq; manus. ea erant prosperrima Diuûm
Auguria, æternas vrbi spondentia laurus.
Postera lux Mariæ festum solenne reduxit,
Virginis autorem mundi quæ gessit in aluo.
Gallorum Batani tristes victricibus armis
Exardent odio insano, rabidóque dolore.
Deniq; bellorum ductor clamore vocauit
Ingenti socios, pugnæque incendit amore.
Conueniunt ad clamorem, cunctisq; coactis
Quid fieri velit, ostendit dux, esse necesse
Acriter hanc casus turrim expugnare minantem.
Consensere omnes conuentu ritè peracto.
Exin ad muros ingenti mole feruntur,
Et tormenta vehunt, quibus acta repente ruinam
Det turris. crebris Catapultis icta tremiscunt
Mœnia. Ballistis quatiuntur agentibus altè
Ingentem molem sedes & templa deorum.
Detrimentosos Onager succedit ad ictus.
Bombardæ flammas & iniquo pondere saxa

Ore vomunt, turrimq; euertunt funditùs omnem:
Hauserunt trepidas chalybea tonitrua partes.
Tum procul horrisonus tremefecit sidera fumus,
Horrisonus tetérq; leues it fumus ad auras.
Amisit lucem cælum, nox incubat atra
Attonitis terris, tenebrascit ab ictibus aer,
Obscuris tenebris prospectu Solis adempto.
Hesperus abscedente die surgebat Olympo,
Cum turris collapsa ruit. in castra reducunt
Ductores belli socios, noctúq; quiescunt.
Sub galli cantum infestis concurrere signis
Incipiunt collecta acie, castróq; minari.
Vndiq; circunuallatur fidissima custos
Arcis inaccessæ legio, nil territa longè
Fortiter impugnantem hostem, martiq; feroci
Intentum concursu acri telisque repellit
Acriùs. ex illis ciciderunt mille, Picarda
Quos animosa phalanx Diti transmisit alendos.
Conati ter erant castrum oppugnare, fugati,
Térq; simul fusi Galla virtute, gementes
Post ignominiam acceptam, post dedecus ingens
Admissum, stragémq; suorum, in castra recedunt.
Dicite Gallorum sanctissima Numina vatum,
Qui primi autores belli, quæ causa propinquum
Impulit Hannonium ex omni decurrere parte
Finitimos in agros? vnde hæc discordia surgit?
An quòd bellandi cupidus, cupidúsq; nouarum
Sit rerum? an quòd in Hisdinum produxerat agmen

Gallia, iure quidem & ſublatis excita rebus?
Fas ſit conſilium tantæ cognoſcere molis,
Fas ſit & exili ſubtexere metra papyro.
Franciſcus Francus, cui pulchra Valæſia clarum
Nomen habere dedit, toto celeberrimus orbe,
Tum quâ Sol oritur, tum quā Sol occidit, & quā
Nunc Solem medium, nunc Mūdus reſpicit Auſtrum,
Quâ planè aduerſa Antipodes veſtigia nobis
Vrgent, Franciſcus Rex inquam, gloria cuius
Carminibus noſtris non fit maiórve minórve:
Vt ſiquando premunt æqualia pondera libram,
Non hac deprimitur, non parte exurgit ab illa,
Poſſeſſum à proauis repetebat iure Ducatum.
Vix egreſſa domo Gallorum turma, ſubegit
Fidentem Hiſpanis armis Allobroga: Gallis
Facta Taurinum mox deditione ſalutem
Commiſit: raræ pietatis opinio tanta
Námque manebat, apud gentes manſura remotas.
Taurinum nuper ſtudijs ignobilis oci
Iuriſque & legum florebat: vbi impiger artes
Ingenuas docui, Muſarum gratus alumnis,
Tum cùm nulla genas veſtiret barba decoras:
Quæ nunc in flauo pulchrè ſedet hiſpida mento,
Ad quintum quanquàm luſtrum mihi deficit annus. Suff. annos 24. natus, cū hæc ſcriberet.
Ergo deuictis aduerſo Marte Sabaudis,
Præſidium Rex diſponit, captáſque per vrbes
Collocat, & munit caſtella, per oppida paſſim
Imperat armatos, legiones vndique lectas

Conſcribit, ne quid tentent quandóq; rebelles.
Innumero fidi ſtipantur milite Volcæ,
Quos inter ſuaues tellus expirat odores,
Præcipiti Rhodanus pergignit gurgite frondes
Flumen odoratas. hoſtem prohibere rapinis
Rex ergo cupiens & debellare ſuperbos,
Cuſtodes ponit, quàm ſe Prouincia latè
Diffundit. lectos ſuſcepit Arauſio mille,
Accepit Narbo tria millia Martius. ibant
Huc à poſtremis Gallorum partibus. Agmen
Huc & Tectoſagûm florenti venit ab ora:
Agmen quod magnam laudem prægeſtit apiſci.
Gallia miratur tantas Bracchata cohortes,
Et Mariana ſtupet tam raro foſſa decõre,
Ornatu & numero. Alcides vbi creditur olim
Auxilium imploraſſe patris, violenter ab hoſte
Cum premeretur, & è cælo mox ingruit imber
Saxorum, quibus adiutus ſuperauit iniquos
Inſultus. hîc multa adeò paſſimq; iacère
Saxa vides, vt eò credas quandóq; pluiſſe.
Hannonij vt poſitum extremas ſenſere per vrbes
Præſidium, ſedes & deſenſore Picardas
Nudatas, magnis contendunt viribus illuc,
Prætoriq; Brabantino committere ſummam
Totius belli viſum eſt. ille vndique lectum
Agmen agit, rapit ad bellum quoſcunq; virilis
Ætatis, ſubitóq; ſuis ex ædibus vrget
Exire. Ardebat certamine tendere vaſto

Grudius attollens iras,animóque fremebat,
Pugnandi studio & spe prædę inductus opimæ.
O stupidos fungos,ô fœdè corda retusa.
Bellorum euentus varios quis nesciat?aut quis
Fortunam commutatam spes tollere inanes?
Arbitrij nostri est crudelia suscipere arma,
Exitus in manibus Iouis est genibúsque Deorum.
Vi populant agros,quorundam præscia longè
Horrescunt corda agricolis:in lustra ferarum
Abdebant séque in syluas:quos sæua prehendit
Flandrorum legio,crudeliter excruciatos,
Et loris alta nectebat ab arbore cæsos.
Effrenis bello permiserat omnia ductor.
Idibus Augusti villam subiere Catellam,
Prospectántque situs & mœnia firma Peronæ.
Dicite Gallorum sanctissima Numina vatum,
Quàm magnus Gallis exercitus appulit oris.
Conueniunt equitum tria millia,millia quinque
Conueniunt peditum, terrámque timoribus implent
Vsque adeò, vt credas non posse obsistere Mundum.
Quæ modo læta forent à nullo rura coluntur,
Et neglecta situm ducunt.non vomere scindit
Bos terram,turpi rubigine squalet aratrum.
Colla iuuencorum mollescunt, vinea rastris
Non purgatur,& imminuit nulla arboris vmbram
Falx frondatoris.sterilescunt omnia bello.
Tandem ad Cleriacum ponuntur castra, laborem
Sed frustra sumpsere hostes.subsistere Gallos

Custodes castri audacter, neque mœnia posse
Firma capi facilè agnoscens Burgunda iuuentus,
Conatu tristis desistit, & inde profecta,
Castra repente loco remouet, tenditque Peronam.
Aduentum hostilem simul ac cognouit, in arcem
Non intercessit spacium, quin Marchio ciues
Accersi faceret, pòst tali voce locutus.
Gens inuicta meæ fidei permissa, timere
Quam turpe est quanuis præsens & triste periclum,
Quam modò perspexi primos perferre labores,
Atque alere ingentes erecto pectore vires,
Vestra remollescat ne bello viuida virtus
Desidia tantùm, & pigro languore cauete,
Vicimus. en alacres durum properemus ad hostem.
Dixerat. his verbis arsere cupidine belli,
Herois verbis: cuius Dea Suada loquentis
Mirata est vocémque grauem, tardámque loquelam,
Magnanimum vt decuit: qui nulla pericula pugnax
Affectat, sed si ingruerint, fert omnia fortis:
Nec parcit vitæ, quasi non sit viuere dignum.
Nullius indigus est, præclara atque ardua semper
Suscipit, odit amatque palam, nil pectore cælat,
Nil admiratur, cui magnum sit nihil, ipse
De nullo loquitur, vix de se, lædere lingua
Nec laudare potest quemquam, famáve moueri.
Cleriacum redeunt Bataui, finguntque Peronam
Viribus esse suis captam, quo protinùs astu
Credulus ad pœnam sese defensor acerbam

Tradidit,aerijs auibus misera esca futurus.
His gestis parat obsessos inuadere Gallos,
Insultatq; ferox hostis. generosa Perona
Sustinuit casus belli,Hānoniósq; coëgit
Ponere tela,vt se in cruciatum quisq; videret
Venturum.migrasse domo iam pœnitet illos.
Attamen insistunt,charam qua parte tuetur
Nicoleos vrbem.vacuam Bombarda sub æthram
Euerrit turres & religiosa Deorum
Templa,quasi iratus iaculetur fulmine terras
Iuppiter,horrentes trepidant hominésq; feræq;,
Absentésq; procul quatit illætabile murmur.
Fortibus à Gallis maturè occurritur: vrbis
A portis longè auertunt, longéq; repellunt
Insanos motus.paulòpost Flandria pacem
Victa petet,veniámq; sibi lachrimosa rogabit.
Vna luce nouem concussit milibus arcem
Ictuum inexhausto frendens Bombarda boatu.
Mœnia defensore suo nudantur ,& ægrè
Mars sustentatur.facta testudine portis
Succedunt Batavi,obnixi conuellere muros:
Hîc consistendi sed non est facta potestas.
Res agitur flammis,magnus patefecit hyatus
Tecta intus.se in quam partem Sors obtulit,ibat
Aduersis Gallus rerum immersabilis vndis.
Vt muros videre vrbis portámq; procella
Bombardæ euerti,& latas hinc inde fenestras,
Non desperarunt fortunis.Marchio iussit

Terram exhauriri manibúsq; sagísq;. libenter
Quod iussi, faciunt, congestoq; aggere muros
Nudatos complent alacres, fessísq; recentes
Succedunt, subitóq; instaurant mœnia. mane
Stat murus, quasi non dispendia senserit vlla.
Detrimentum ingens tantillo tempore sartum
Miratus, grauiora parat, propiúsq; propinquat
Hostis. ad extremum casum perducta videtur
Res esse obsessis. confirmat Marchio verbis
Valdè externatos damnis, & talia fatur:
An vultis vobis supremo tempore deesse,
O iuuenes? terrétne virilia pectora mollis
Essuus? inuictum nùm terret musca Elephantum?
Este animi memores veteris, veterúmq; laborum.
Mens alacris, promptúsq; animus, feruénsq; voluntas
Desperare nequit, quamuis oppressa, salutem.
His super accensus Gallus, galeam induit, ensem
Aptat, loricámq; humeris circundat habendo,
Detrahit & scutis tegmenta, paratus obire
Prælia. conantem scalis ascendere murum
Præcipitem Batauum canibus dedit alitibúsq;
Plausibilem prædam. Landro caput abstulit Vmber,
Dissecuit medium Ossæus mucrone corusco
Attrebatem Ægeona. Lycum Manortia proles
Centronem Clerembroti fera conficit hasta.
Vulnus in aduersum capit os Vertunius, oræ
Aduaticæ columen nuper, dum vita manebat.
Fœda cruore madet tellus & inundat, & albet

Offibus. effuso tumuere cadauere fossæ.
Spe lapsus Flander consumpta parte diei,
Bellum intermisit. tùm quantum fumus & ignis
Significant noctu, patuerunt millibus octo
Passuum; in aspectu Burgundi castra locata.
Demùm hostes bellis irritatóq; labore
Defessi, desperata victrice corona,
Fortunáq; suis capiundæ viribus vrbis,
Stabat vbi excubitor, vigilatas ducere noctes,
Et ciues subitò consuetus ad arma vocare,
Bombardam aduoluunt, roseos ostenderet ignes
Cùm sydus, somno quod lucis nuncius ales
Excitat. in multam vibrantur fulmina noctem
Ærea. liquuntur sacra tintinabula pulsu
Flammifero. propiùs properant vrgere Peronam
Attrebates, scalis obnixi ascendere murum
Nequicquàm. Bellona viros hortata Picardos,
Inflammat studio vincendi, hostémq; fugandi.
Solicitè certatur: amat victoria curam.
Defessi bellis irritatóq; labore,
Vasta Deo dant tardipedi tentoria tristes
Hannonij, agrestésq; domos, quas ante tenebant.
Infectis rebus tecta in sua quisq; recessit.

FINIS.

ERRATA.

Fol. 25. Mox abiecit &c. lege abit. Fol. 36. Fesso laboris. lege Fessos.

